DE

PSEUDO-LUCIANI AMORIBUS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ROBERTUS BLOCH,

ARGENTORATENSIS.

ARGENTORATI

UD CAROLUM I. TRUEBNER

MCMVII.

Von der Fakultät genehmigt am 28. Juli 1906.

Teildruck (Cap. I—III, S. 1—49) mit Genehmigung der Fakultät.
Die ganze Arbeit erscheint als 3. Heft der
Dissertationes philologicae Argentoratenses selectae, Volumen XII.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

PRAEFATIO.

Profecta est haec disputatio a tractandis fragmentis papyri Goodspeed 101[1]). Quibus contineri epithalamium virum doctum recte coniecisse postquam aliis eius generis carminibus comparatis cognovi, de epithalamiis agere in animo habui; fusius autem et carmina et orationes praeceptaque, quae quidem ad γαμηλίους pertineant, tractans primum locos qui dicuntur communes excutere necessarium duxi. Atque in censum venire facile perspicitur argumenta περὶ ἔρωτος[2]) et περὶ γάμου. Huic dum studeo quaestioni, incidi in dialogum inter Luciani scripta traditum eum, qui Ἔρωτες inscribitur. Quem, quoniam omnia fere quae de locis illis disputabantur complecti videtur, per se atque uberius tractandum mihi proposui. Itaque laborem eum, quem amplissimo philosophorum ordini tradidi, hunc in modum inscripsi: De Pseudo-Luciani 'amoribus' cum prooemio περὶ ἔρωτος et περὶ γάμου. Sed cum ordini placuisset, ut ex prooemio fieret propria disputatio, quae lingua vernacula conscriberetur, hoc loco tantum de Pseudo-Luciani 'Amoribus' egi. Quo circa saepe non solum te ad disputationem eam revocabo, quam mox me emissurum spero, sed etiam proferentur ea, quibus praemonitis mea de argumento universo sententia quadam ex parte perspiciatur et quaestio altera quasi sublevetur atque expediatur.

Hanc quidem dissertationem ita institui, ut primum dialogi argumentum referrem, deinde eius quaestionem tractarem, tum in prooemium inquirerem, denique de auctore

---

[1]) Journ. Hell. Stud. 1903 XXIII 237 sq.

[2]) Choricius epithal. in Procop. al. 37 ed. Foerster, ind. lect. Vratisl. (1891) p. 24, 6 orationem nuptialem prorsus nominat λόγον ἐρωτικόν; cf. etiam Menandr. περὶ ἐπιδεικτ. XIII 1 p. 127, 15 sq. Bursian.

agerem; accesserunt disputatiunculae quaedam, quas appendicis loco addere optimum videbatur esse.

Hoc quoque loco B. Keilio et R. Reitzensteinio, praeceptoribus meis, qui me hoc in argumento versantem semper adiuverunt, gratias ago maximas.

INDEX NOTARUM.

Arnim = Stoicorum veterum fragmenta col. I. ab Arnim I (1905), II—III (1903).

Bonhöffer I = A. Bonhöffer, Epiktet und die Stoa, 1890.

Bonhöffer II = A. Bonhöffer, die Ethik des Stoikers Epiktet, 1894.

Crönert = W. Crönert, Kolotes und Menedemos, Texte und Untersuchungen zur griech. Philosophen- und Literaturgeschichte. Studien zur Palaeographie und Papyruskunde, herausgegeben von C. Wessely, VI) 1906.

Dyroff = A. Dyroff, die Ethik der alten Stoa (Berliner Studien für class. Philol. und Archaeolog., herausgeg. von O. Seyffert, N. F. II 2—4), 1897.

Lauer = G. Lauer, Lucianus num auctor dialogi ἔρωτες existimandus sit (Programm Köln), 1899.

Praechter = K. Praechter, Hierokles der Stoiker, 1901.

PW = Paulys Realencyclop. der class. Altertumswissensch. — Neue Bearbeitung. — Herausgeg. von G. Wissowa I (1894), II (1896), III (1897), IV (1901), V (1905).

Susemihl = F. Susemihl (cetérique viri docti qui librum composuerunt), Gesch. der griech. Literat. in der Alexandrinerzeit I (1891), II (1892).

Us = Epicurea collegit H. Usener, 1887.

Diog Oen = Die philosophische Inschrift von Oenoanda ed. Heberdey et Kalinka, Bullet. corresp. hellén. 1897 XXI 346 sq.

CONSPECTUS LIBELLI.

Caput I.

DE DIALOGI ARGUMENTO.

Libelli 'ἔρωτες' sub Luciani nomine nobis traditi partes sunt tres, quarum una continetur exordium (1—5), altera enarratio (6—52), tertia peroratio (53—54). Atque haec et illud dialogi indolem praebent; enarrationem ipsam partitus est auctor in exordium (6—18), enarrationem bipartitam (19—28; 29; 30—49), perorationem (50—52). Hac denique in enarratione opponuntur adversarii duo, patronus amoris muliebris et matrimonii, patronus amoris puerilis et amicitiae amatoriae, quorum uterque utitur et argumentatione et refutatione et exemplis. Habemus igitur ut fieri solet dialogum dialogo insertum.

Colloquitur feriis Herculis ὀξέος πρὸς τὴν Ἀφροδίτην[1]) Lycinus i. e. Lucianus cum Theomnesto (1—5). Ille hunc orat, ut ad animum suum recreandum pergat narrare fabulas Milesias[2]) (1) quas quidem ipse expertus sit. Theomnestus tamen has sescentas esse neque semper fortuna adiutas fingens ei morem gerere non vult (2). Contra ipse Lycinum, qui frustra atque iterum eum rogaverat (3), quid sentiat de amore puerili quid de muliebri, ut iudicium faciat precatur, cum se ipsum ambobus vexari fateatur[3]) (4). Ex tempore quidem de re difficiliore dicere se non ausurum respondet[4]), sed quae nuperrime compererit se relaturum pollicetur (5).

---

[1]) Qualis inde ab aevo Alexandrino vulgabatur; cf. Furtwängler, Sammlung Sabouroff II. tab. CXLI; Antike Gemmen III 280.

[2]) Cf. Theodor. Prisc. log. 11 p. 133, 9 sq Rose.

[3]) Ad hunc locum v. F. Wilhelm, Rhein. Mus. 1902 LVII 62 sq. et fabulae Metiochi et Parthenopes vers. 26 sq. ed. Kaibel et Robert, Herm. 1895 XXX 150.

[4]) Keilio auctore atque adiutore loco corrupto medelam allaturum me esse spero. Dant codices omnes quos in hunc dialogum eden-

Itaque ad enarrationem perveniamus. Lycinus profectus Antiochia[1]) ad Italiam adeundam in insulam Rhodum venit, ubi Charicles[2]) Corinthius et Callicratidas[2]) Atheniensis ei obviam ibant (6—8), ille muliebri, hic puerili

---

dum contulit Sommerbrodt (Ω. 𝔄. Γ) haec: Ἐγὼ γοῦν ἐξ ὑπογύου τῆς ἐπιχειρήσεως ἡψάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν ἀλλ' οὐ παλαιᾶς κτλ. Quae sensum non praebere perspicuum videtur. Jacobitz scripsit εἰδὼς ὅτι λίαν σπουδαία id quod in textum recepit Sommerbrodt cruce illa affixa; ipse coniecit haec (p. 162): Ἐγὼ γοῦν τῆς ἐπιχειρ. ἡψ. οὐκ ἐκ παλαιοῦ ἀλλ' ἐξ ὑπογύου, εἰδὼς ὅτι λίαν σπουδ. ἐξ., ὅτου .... ἔχω ita interpretatus: '*Ego ad rem accessi non olim* (ἐκ παλαιοῦ) *sed nuper* (ἐξ ὑπογύου) *gravissimam eam esse edoctus ex quo tempore duos viros quos adhuc memoria teneo, fortiter disputantes audivi*'. Haec quidem ideo ferri non possunt, quod locutio ἐξ ὑπογ. non recte intellecta videtur; noster enim imitatus est hunce Platonis (conv. 185c) locum: 'Ταῦτά σοι', ἔφη (scl. Pausanias). 'ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ὦ Φαῖδρε, περὶ Ἔρωτος συμβάλλομαι' (cf. etiam auctorem περὶ ὕψους 18 p. 42, 20sq. Vahlen[3]). Atque ipse vir doctus affert ex nostro libello (50 p. 456) haec: Οὐκ ἐξ ὑπογύου, φημί, καὶ παρημελημένως ὑμῖν, ὦ ἑταῖροι, τὰ τῶν λόγων ἔοικεν ἀπεσχεδιάσθαι, διηνεκοῦς δὲ καὶ νὴ Δί' ἐρρωμένης φροντίδος ἐναργῆ ταῦτ' ἐστιν ἴχνη. Nihil aliud igitur significare ἐξ ὑπογύου nisi 'ex tempore' vel 'illico' luce clarius sequitur. Hoc autem loco noster sanandus est. Lycinum enim dicere se ipsum de re difficillima ex tempore disputare nolle facile intellegitur. Itaque Keil negationem desiderari in verbis traditis monuit. Neque ... οὐχ ἡψάμην rectum esse potest, sed ex enuntiati sententia modo statuta flagitatur οὐκ ἂν ἡψάμην. In παλαιᾶς quoque rectum aliquid latere nemo est quin videat, siquidem respondet διηνεκοῦς vel ἐρρωμένης. Porro verba ἀλλ' οὐ continere corruptum atque transpositum illud οὐκ ἄν certum esse crediderim. Substantivum igitur requiritur loco vocabulorum ἀλλ' οὐ; hoc fuisse φροντίδος vel, si quis rationem palaeographicam respiciendam esse censet, μελέτης verisimile videtur; ἐστίν facile subauditur et παλαιᾶς transponendum est post λίαν. Nonnullis igitur emendationibus in textu non mediocriter corrupto admissis haec legerim: Ἐγὼ γοῦν ἐξ ὑπογύου τῆς ἐπιχειρήσεως οὐκ ἂν ἡψάμην εἰδὼς ὅτι λίαν παλαιᾶς μελέτης (vel φροντίδος), ἐξ ὅτου ... ἔχω.

[1]) Ipsum nomen nobis non dicit, sed eius itinerarii ratione habita verisimillimum est illam urbem spectari.

[2]) Quid sentiant de amore, homines videntur indicare nominibus; nam hospes Corinthius stat a partibus χάριτος feminarum (cf. Plut. amat. 5, 751d), Atheniensis defendit puerorum κάλλος; quod huic nomen est Καλλικρατίδας non — δης, simodo libris fides habenda est, παιδεραστίας originem Doricam forsitan significaverit auctor.

amori deditus (9—10). Qui cum ipsi quoque in Italiam navigare vellent, simul iter facere Cnidumque navem appellere placuit ad Praxitelis Venerem contemplandam. Iam fit ἔκφραϲιϲ illa notissima τοῦ ἐν Κνίδωι τεμένουϲ καὶ τοῦ ἀγάλματοϲ τῆϲ Ἀφροδίτηϲ[1]) (11—14). In simulacro perspiciendo memoratur adulescens ille, qui amore insano commotus statuae ϲυνουϲίαϲ causa appropinquasse fertur (15—16). Quam ob rem de amoribus quaestio oritur, cum illum παιδικῶϲ προϲομιλῆϲαι deae signo credat Callicratidas (17). Disputatio habetur in deversorio amoenissimo[2]) (18); atque haec fere ab utroque explicantur[3]).

Transeamus nunc ad rem ipsam. Charicles, matrimonii patronus, totius naturae fundamenta illo contineri explanat; id ab initio fuisse (19). Tum cultu humano atque civili propagato et voluptatibus inductis amorem puerorum exstitisse (20—21); hunc autem esse alienum a natura bestiarum exemplis probari (22). Quod παίδων ἔρωτα non ϲυνουϲίαϲ sed φιλίαϲ esse prae se ferant, Socraticos impudenter mentiri, cum amorem puerorum eorum, qui corporis flore excellant, solum ϲοφόν esse nemo animo comprehendat; immo φιλονέουϲ illos esse non φιλοϲόφουϲ (23—24). Atque plus voluptatis, quam normam statuant Callicratidae sodales, praebere muliebrem quam puerilem amorem, cum hoc brevi illo diu liceat frui (25—27). Verum si amore inter se coniungantur viri, idem experiantur feminae (28)! — Postquam Lycinus pauca interiecit, nempe ut adversariorum vires reficiantur[4]) (29), Callicratidas respondere suamque defendere sententiam incipit. Primum quidem ad ea quae ultima proposuit Charicles spectans eum optimum feminarum de-

[1]) Cf. Schol. Lucian. p. 204, 12 sq. Rabe.

[2]) Exempla dabit Wilhelm, Rhein. Mus. 1902 LVII 64, 1.

[3]) Et medio (31 p. 432) et extremo (54 p. 458) dialogo Cnidi atque deae Cnidiae mentionem fieri iam nunc monuerim, ut hoc in argumento totum dialogum versari appareat.

[4]) Similiter atque Plato in Phaedone (84 c) silentio universo effecto dialogum quantum ad compositionem pertinet in duas partes divisit; cf. Windelband, Festschrift zur 46. Versamml. deutscher Phil. u. Schulm., Straßburg 1901, 287 sq.

fensorem praedicat (30); tum 'Phaedri' Platonici imaginem illam memoria recolens[1]) (31) ad amorem puerilem explicandum transit. Cupidinem enim ordinem hominum atque rerum statuisse (32) veramque ἀνθρωπίνην φύςιν detexisse: matrimonium illud quidem διαδοχῆς ἕνεκα necessarium esse, unum amorem puerorum respondere hominum menti philosophicae. Quo illos ex statu rudi atque incultu ad mores meliores atque emendatiores sensim perductos esse. Initio igitur fuisse matrimonium atque amorem vulgarem, postea evasisse παιδεραςτίαν atque amorem caelestem; duplicem enim esse ἔρωτος naturam (33—36). Loco illo trito et pertractato (37) feminarum victui immodico (38—42) opponit vivendi condicionem puerorum eximiam (43—45). Ergo talem adulescentem adamandum esse, ut vera βίου κοινωνία fiat (46); huius amoris exemplis utitur aetatis heroicae amicitiis (47). Neque eum amorem habendum esse ξένην τρυφήν, sed ἐκ διαδοχῆς a dis ad homines pervenisse. Additis de Socrate τόπωι (48) et convivii Platonici doctrina illa immortalitatis finem facit dicendi Callicratidas (49).

Lycinus arbitri munere fungens primum ut dicunt λόγους ποιεῖται (50), tum Callicratidae, et Athenis Graeciae urbe celeberrima orto et qui amorem sapiente dignum professus sit, assentitur (51—52).

Ad dialogi finem veniamus. Quaerit enim Lycinus ex Theomnesto, quid si ipsius loco fuisset censurus fuerit. Hic quae exposuit Charicles (23—24) quodammodo confirmat. Neque solum φιλίαν appetit, sed vel maxime παίδων ςυνουςίαν. Mentiri enim eos qui illud tantum concedant; contra turpissimo amore tales frui verum dicere se atque iurare. Lycinus sententiam suam refutatam esse intellegens ad sacra Herculea amici memoriam revocat, ut sermoni finem imponat (53—54).

[1]) Plat. Phaedr. 230d; cf. Plut. amat. I, 749a; ceterum huic πλατανίςτωι quodammodo respondet Ciceronis (de leg. I 1) 'Mariana quercus'.

Caput II.

DE DIALOGI QUAESTIONE
(c. 19—49).

Praechter 148 sq. Chariclem uti argumentis Stoicis, Callicratidam Epicureis probare conatus est, ut quasi diversarum sectarum patroni inter se pugnent[1]). Quod nullo modo fieri posse, sed cuiusvis rationis philosophicae voces atque argumenta in utriusque adversarii usum converti ab auctore demonstrare mihi proposui.

Priusquam ad singula transeamus, Praechteri sententiam veri dissimillimam esse iam hoc loco videbimus. Ut enim ceteris de rebus ita περὶ ἔρωτος dissentiebant Epicurei a Stoicis. Ex his quidem veteres, dico imprimis Zenonem, Cynicorum rationem atque usum omni modo secutos esse ex testimoniis concludendum est[2]). Sed iam apud Zenonem hoc praeceptum invenitur[3]): Καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν. Itaque ἐρᾶν a συνεῖναι separatur, quo factum est, ut Chrysippus et qui eum secuti sunt ad 'amorem amicitiae' Platonicum transirent[4]). Postea ad sermonem usitatum accedentes φαῦλον

---

[1]) Viro docto assensus est Wilhelm, Rhein. Mus. l. 58, 1, 72; Rhein. Mus. 1906 LXI 104 sq.

[2]) Arnim I 247 sq. p. 58 sq.; Crönert 54; 60, 285. — Sextum Empiricum quaedam non recte interpretatum esse iure monuit Zeller, Philos. d. Griech. III 1^3 282, 7. Neque vero solum Philodemus (Crönert 54) illud ἀν[δρογό]νοις [π]λησιασμοῖς παραινεῖν claris verbis enuntiat, sed ipse Zeno huius rei disputationem tam parvi facit, ut ἀδιαφορία plane perspiciatur, quam statuens suam quemque naturam sequi iussit. Similiter in maius extulit rationem eam, qua 'ubique τὸ θεῖον esse' statuit: itaque ἀπαγορεύειν τὰς λεγομένας μοιχείας ἢ μείξεις μητρὸς ἢ θυγατρὸς ἢ ἀδελφῆς ἢ παίδων (Arnim II 1072 p. 314) supervacaneum duxit.

[3]) Arnim I 248 p. 59.

[4]) Arnim III 650 sq. p. 164, 716 sq. p. 180 sq.; cf. e. g. Plut. amat. 4,

ἔρωτα cυνουcίαc (πάνδημον apud Platonem) et cπουδαῖον ἔρωτα φιλίαc (οὐράνιον apud Platonem) distinguebant[1]). — Contraria ab initio docuerunt Epicurei, cum ἔρωτα ad solam cυνουcίαν spectare statuerent; hanc vero nunquam esse utilem, ἀγαπητὸν δὲ εἰ μὴ ἔβλαψεν[2]). Atque ἀρρενομειξίαν ab iis improbatam esse ex Philodemi loco evincere licuit; neque minus Stoicorum φιλίαc ἔρωτα reiecerunt, cum et notionum vim traditam conservarent[3]) neque amore puram amicitiam appeti sibi persuaderent[4]). Φιλίαν nimirum maximopere praedicabant[5]), 'sanctam' ἐρωτικὴν φιλίαν, quam laudibus effert Callicratidas, nunquam comprobaverunt[6]). — Hoc quidem ipse Praechter vidit, cum dicat amorem eum quem defendat Callicratidas esse Platonis et veterum Stoicorum[7]); sed Chariclis et Callicratidae

750c sq. — Socraticos se velle appellari Stoicos testatur Philodemus (Crönert 58 col. XI v. 3/4); quae denominatio certe non solum. ut dicit ille, a Diogene Antisthene Socrate sed etiam ab Academicis Platone Socrate derivanda videtur.

[1]) Hermias ad Plat. Phaedr. 76 p. 33, 19 sq. Couvreur; cf. Hirzel, Untersuch. zu Ciceros philosoph. Schr. II 392 sq.

[2]) Epicur. sent. 51 ed. Wotke, Wien. Stud. 1888 X 195; de re universa alio loco (v. praefat.) agendum erit.

[3]) Hirzel l. 391 sq.

[4]) Cf. etiam Colotem in Plat. Euthydem. (Crönert 169 col. XVI v. 4 sq.; Crönert 170) etsi non multum extat; v. ind. v. Chrysippos Crönert 188 sq. Plura haud dubie sciemus, si Crönert (35,188) pap. Hercul. 1384, in qua Philodemi περὶ ἔρωτοc liber inscriptus est, ediderit. — Pap. Hercul. 1040 continentur relliquiae vitae philosophi, quem Crönert 97 sq. Epicureum esse iudicat. Haec coniectura utrum ferri possit necne, alio loco videbimus (p. 36, 2): hic tantum monuerim, id quod etiam vir doctus 99 respexit, libelli auctorem, qui philosophi mortui ἐραcτήν se nominat, eius φίλον fuisse; cf. Plut. Brut. 34 Μάρκοc δὲ Φαώνιοc, ἐραcτὴc γεγονὼc Κάτωνοc κτλ. — Apud Philodem. de music. IV 13 sq. p. 78 sq. Kemke Epicureorum περὶ ἔρωτοc exstare iudicium copiosum postea vidi.

[5]) Ex Luciano cf. e. g. Alex. 61.

[6]) Rhetorum accusationes quales apud Himerium (ecl. III 7; Praechter 149,1) leguntur, in nostro libello in censum non veniunt, quo uter amor praeferendus sit disputatur; talia haud dubie ex epistulis Epicureis fictis vel interpolatis (Crönert 20 sq.) profecta sunt, si modo testimoniis nituntur. Christiani nimirum et Epicurum et Stoicos huius rei accusant; cf. Arnim III 750 p. 186, 28 sq.

[7]) 'Veterum Stoicorum' non iam dicemus, si quae modo exposuimus consideraverimus, sed 'posteriorum'. Re vera haec sunt Stoica:

disputationes inter se prorsus opponi ex dialogi argumento iam novimus, ut hac quidem in re nihil separari possit.

Iam ad singula transeamus.

Charicles exorditur a cosmogonia quadam. Φύσις[1]) ἱερὰ τῶν ὅλων προμήτωρ καὶ πάσης γενέσεως πρωτόρριζον elementorum quattuor συγκράσει πᾶν ἐζωογόνησεν ἔμψυχον. Et quae est φύσεως[2]) notio nostro loco, ea invenitur apud Stoicos (Arnim II 1132 sq. p. 328 sq.; imprimis 1139 p. 328), sed magis pantheistice[3]) quam theistice et δημιουργικῶς. Orphicorum Φύσις illa quidem est; cf. hymn. Orph. 10 p. 63 sq. Abel (alia apud Hardy l. 9 sq. reperies), EG. 1002 p. 423 Kaibel, quo in epigrammate Φύσις δημιουργὸς τῶν ὅλων vocatur[4]), imprimis

φιλίας ἔρως (47 p. 450). σπουδαῖος ἔρως (48 p. 451); cf. etiam πῶς οὖν φρονήσεως μὲν ἢ δικαιοσύνης τῶν τε λοιπῶν ἀρετῶν (24 p. 424) cum hisce Chrysippi (Arnim. III 85 p. 21, 36 sq.) verbis ἀλλὰ καὶ φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν (Callicratidas enim cum Socraticis, ergo etiam cum Stoicis [p. 12, o], pugnans horum notionibus uti videtur); denique 37 p. 439: οὐδὲν οὖν παράδοξον κτλ.

[1]) In libris φύσις legitur, id quod rectum non est. Lauer 33 metonymiam putat esse, cuius generis est θάμβος ἡμᾶς εἶχε (14 p. 413). Deam autem Naturam intellegi nemo non videt; cf. Callistr. descr. XII 2 p. 67 sq. Schenkl et Reisch. Foerster quoque in Choric. epithal. in Procop. [ind. lect. Vratislav. 1891] 19, 2 recte Φύσις scripsit; Praechter 143 φύσις scribere videtur adductus fortasse ceteris exemplis, quae ad Libanium IV 1059, 8 sq. [Reiske] affert.

[2]) Iam apud Heraclitum (v. Wilamowitz, Eurip. Herakles[1] II 68; cf. frg. 10 p. 63 sq. Diels[2]) deinde apud Stratonem (Zeller, Philos. d. Gr. II 2[3] 904 sq.) permultum valet; tum Epicurei (Diels, doxogr. Gr. 589, 7 sq.; Lucret. V 1362) in censum veniunt. De notionis 'φύσεως' usque ad Aristotelem usu cf. E. Hardy, Begriff der Physis in d. griech. Philos. (1884) et quaedam apud A. Rivaud, Problème du devenir et notion de la matière (1906) § 176 p. 261 sq., ind. v. p. 473; disputatione ea, quam laudat Diels, Elementum VII₁: J. Classen, Festschrift der Senckenbergischen Stiftung zu Frankfurt a. M. (1863) uti non mihi licuit.

[3]) Senecae deus qui 'natura est' (frg. 122 p. 444 Haase) ad medii aevi 'deum = naturam' prope accedit. — Huc spectat Paracelsi 'Archeus'.

[4]) V. etiam Nonn. XLI 51 sq.; Clem. Alex. paed. II 85 (I 288, 16 sq. Dindorf); Himer. or. I 7 sq. Epidicus nescio quis (Stob. ecl. I 187, 11 Wachsmuth) ὑπὸ Φύσεως γεγενῆσθαι τὸν κόσμον docuit, nisi φύσεως scribendum est, ut Epicureus habendus sit. Tum scripta Hermetica (Stob. ecl. I 385 sq. W; cf. Reitzenstein, Poimandres, 50 sq.), oracula Chaldaica p. 29, 36 Kroll, Philonem (qu. rer. div. her. s. 114 sq. III 27, 1 sq. Cohn et Wendland) respicere necesse est.

Artemid. II 39 p. 146, 3 Hercher Ἡ τῶν ὅλων Φύϲιϲ καὶ Εἱμαρμένη καὶ Πρόνοια καὶ εἴ τι ἄλλο ὄνομα τούτοιϲ ἰϲοδυναμεῖ[1]). Hoc igitur numen Orphicum in mundo procreando primas habet partes. Quodsi respexerimus, non solum Pseudocelli locum a Praechtero 139 collatum cum nostro et Musoniano quodam[2]) per se comparabimus, cum ad Pseudocelli locum explicandum Stoicis opus non sit[3]), sed ipsam illam ele-

[1]) II 37 p. 142, 13 sq. H. haec dea cum Venere confunditur.

[2]) Locos (amor. 19 p. 419, Pseudoc. IV 2 p. 402 Mullach FPG I, Muson. 14 p. 71, 11 sq. Hense) 'cum descripserit vir doctus, ad hunc te revoco.

[3]) Pseudocelli de univ. nat. libri caput IV p. 402 sq. M. Praechter 137 sq. diatribae tribui vult; J. de Heyden-Zielewicz, Bresl. philolog. Abhandl. 1901 VIII 3, 47 sq. ad peripateticos et eclecticos nos traducit; idem Praechter, Philol. N. F. 1902 XV 269 sq. quantum ad hoc argumentum in sententia sua perstare videtur. Quod dicit Heyden l. 50 'Pseudaristotelem (scl. oecon. 3), Musonium, Antipatrum, Hieroclem, modo de matrimonio, eius condicione . . . agere, Pseudocellum vero de ἀφροδιϲίοιϲ omnino maxima capitis parte [§§ 1—5, 9—14] disputare, nonnulla quaedam de matrimonio addere [§ 6—8] eqs.', in eo recte iudicavit. Pseudocellus enim, cum eius doctrinae quasi radix in doctrina Pythagorea inhaereat, ὀργανικά imprimis tractat; accedit autem quod ipse quoque Musonius (12 p. 63 sq. Hense) περὶ ἀφροδιϲίων scripsit, cuius disputationis locos quosdam cum Pseudocello contulit Praechter 138, 82 sq., etsi similia etiam apud peripateticos et neopythagoreos reperiuntur (Heyden 56 sq.). Hoc igitur argumento nihil efficitur. Atque neopythagoreos ut aliarum sectarum ita Stoae et peripati rivis fontes suos irrigasse nemo nescit. Qua de causa aliquid aut Stoicum aut peripateticum dicere difficile est; Stoicos autem fere solos talia tractasse contendere non licet. Itaque ad locum eum, quo de generis humani inmortalitate agitur, non solum Musoni (Praechter 139) sed etiam Aristotelis locos (Heyden 48) conferemus; οἴκου πόλεωϲ κόϲμου locus haud dubie Stoicus (Praechter, Philol. l. 270; ceterum sententia universa etiam Epicurea est; cf. Diog. Oen. 61 p. 407) apud Callicratidam (Stob. fl. 85, 17 III 142, 26 sq. Meineke) quoque hoc modo invenitur. Peripateticorum enim rationem sequitur, cum δεϲποτικάν et πολιτικάν distinguit ἀρχάν addita dominatione ἐπιϲτατικᾶι: πολιτικὰ δ' ἐϲτιν ἀρχά, ἅτιϲ τέλοϲ ἔχει τὸ κοινᾶι ϲυμφέρον καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων· κατὰ γὰρ ταύταν τὰν ἀρχὰν ἐν μὲν τοῖϲ ἀνθρωπίνοιϲ ὅ τε οἶκοϲ καὶ ἁ πόλιϲ ϲυνάρμοϲται, ἐν δὲ θήιοιϲ ὁ κόϲμοϲ· μίμαμα δ' οἶκοϲ κτλ.; etiam apud Pseudocellum (§ 7) οἶκοϲ et πόλιϲ longe maximam partem habent. Pseudocellus dicere pergit non solum πολυπληθείαι ἀνθρώπων sed etiam εὐανδρίαι opus esse; ἀνάλογον dat Aristotelis

mentorum mixtionem[1]) etiam apud Neopythagoreos[2 p. sq.]) inveniri et in litteris astrologicis et Mithriacis, quae ab una Stoa

definitio illa πόλεως (Pol. I 2, 1252 b 29 sq.): γινομένη μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν. Porro de divitiis et genere locus (§ 6) non modo apud Stoicos sed etiam apud Aristotelem et Theophrastum (Bock, Leipz. Stud. 1899 XIX 35 sq.) occurrit; talia tam sunt pervulgata, ut sintne Stoica necne diiudicari nequeat. Deinde § 9—14 et cum Iamblicho (vit. Pyth. 209 sq.) et cum Aristoxeno (Stob. fl. 101, 4 M) congruere iam diu viri docti cognoverunt; Heyden 54 sq. Iamblichum et Pseudocellum Aristoxeno vel posteriore auctore communi usos esse non sine probabilitate explanavit. Denique non desunt quae prorsus Pythagoreos sapiant; contendamus Pseudocelli (p. 403 sq.) haec vocabula: cυναρμόζεcθαι cυμφωνία cum his Callicratidae: cυναρμόζεθαι (l. 144, 8), cυναρμογᾶc (144, 30), ἁρμονίη (144, 31; 146, 32). Uterque alia quoque usurpat ut cυμπαθῆ τὴν ψυχήν, ὁμοιοτάτην, cum apud Musonium eius generis sola (cυμμηχανᾶcθαι p. 72, 1 Hense, cυννένευκε, cυμπράττει, cυνεργάζεcθαι p. 73, 2/3 H) inveniantur; cυναρμόζεθαι enim (70, 2 sq. H) non de matrimonio sed ipsa vocis significatione conserendi dicitur, cύμφωνον Stoicum = ἀκόλουθον = ὁμολογούμενον cum bono vel malo collatum (Dyroff 31, 4; v. etiam Bonhöffer II 265) certe in censum non venit; unus Hierocles (Praechter 78; Hense ad Muson. p. 67, 9) cυμφωνίαν usurpat neopythagoreorum notione adhibita. Elucet igitur musicae illam consonantiam mere Pythagoream apud Pseudocellum inveniri. — Fusius rem disputare necesse fuit, cum non usque quaque Stoica mihi sumenda videantur sed pariter peripatetica et ipsa Pythagorea respicienda; omnino autem, ut iam dixi, magis de nominibus quam de rebus disceptari persuasum habeo. — Ceterum Pseudoc. apud Stob. fl. I 362, 4 sq. Hense δικαιοcύνην virtutem principem statuens Aristotelem (eth. Nicom. V 3, 1129 b 29 sq.) sequitur; Stoici enim (Bonhöffer II 214,2) illius loco cοφίαν vel φρόνηcιν ponebant.

[1]) Quam Stoicam esse iure monuit Praechter 148; cf. etiam Marc. Aurel. II 17 et praecipue Alciphr. II 38 p. 58, 15 sq. Schepers (Lipsiae 1905), sed respiciendus quoque Anonym. sophist. protrept. B 1 ed. Bohler (diss. Arg.) 45, 19 sq. (64 sq.). Venere significari illam cύγκραcιν erant qui statuerent (Ioan. Lyd. de mens. IV 64 p. 115, 9 sq. Wuensch; alia apud H. Flach, Glossen u. Scholien zu Hesiods Theogonie [1876] 54); quae Venus ab Isi et Genesi (Reitzenstein, Poimandres, 44 sq., Dieterich, Mutter Erde, 84) separanda non est (ad Γένεcιν v. Arnob. I p. 5, 4 Reif: prima incipiensque Nativitas). Alii Ἔρωτα mundum procreantem inducebant (Flach I. 40), cuius rei origines hoc loco deducere longum est. Satis habeo memorasse locum, de quo benigne me monuit Keil (Pseudo-Quintil. declam. mai. XIV 10 p. 274, 10 sq. Lehnert): 'Amor (Lehnert amor) per quem rerum naturae sacra primordia totiusque mundi elementa creverunt'; etsi enuntiati initium Lucreti car-

non pendent[1]), cognoscemus. Quibus de causis cosmogoniam vere Stoicam legi minime statuerim.

Sequitur (20 p. 420) de cultu humano propagato sententia; dicit enim Charicles: κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν χρόνων κτλ[2]), paulatim hominum animos peiores factos esse. Atque aureae aetatis fabula[3]) primum a Platone (leg. III 667 b sq.) fusius tractata a Dicaearcho contraria opinione victus emendati quasi conciliata est. Stoicos quidem in peiorem statum res hominesque redactos esse cultu invento atque prolato docuisse iudicat Praechter 39,2 adversatus Hirzelio[4]). Neque vero universum huius rei

men in memoriam nobis revocat, tamen propter elementa, quae non Zenonis (Pascal ad Lucr. I 734) solius sunt, magis ratio Stoica intellegenda est. — Cum declam. XIV/XV omnino conferre licet BGU IV 1024, imprimis 1024[7] 20 sq.

[2 p. praec.]) Alexandri Polyhist. apud Diog. Laert. VIII 25 sententia comparanda est cum locis a Zellero, Phil. d. Gr. III 1^3 179, 3: 183, 1 congestis. Ad sexuum teleologiam, qui locus ad Aristophanis in 'convivio' disputationem illam iocosam recedit, cf. etiam Stob. ecl. I 410, 1 sq. W; noster vero locus cum Musoniano satis congruit.

[1]) Cf. Cumont, Textes et monum. fig. rel. aux myst. de Mithra I 107 sq., 237 (Mysterien des Mithra in serm. Germ. convertit G. Gehrich [1903] 86), Diels, Elementum, 44 sq., Dieterich, Mithrasliturgie, 54 sq.; e. g. ex Vettio Valente (Cumont l. l. 108, 6) haec contendat aliquis: Φύςιν τε καὶ Πρόνοιαν καὶ τὰ τέτταρα Στοιχεῖα.

[2]) Quod hoc loco et c. 21 p. 423 temporibus heroicis, ergo apud Homerum, non inveniri puerorum amorem (Praechter, Berlin. philol. Wochenschr. 1896 XVI 870) ponit versusque Homericos et Euripideos in usum suum convertit, Stoicorum more sine dubio agit. Ex Maximi autem Tyrii diss. XXIV (I 473 Reiske) apparet omnis amoris exempla in carminibus Homericis occurrere vel potius secundum illorum rationem reperiri necesse esse. Quo loco etiam in Plutarchi amatorio (V 751 f.) matrimonii patronus certe non Stoicus utitur et ipse Callicratidas nostri libelli (47 p. 450 sq.) non solum exemplis mythologicis utitur, id quod ab Epicureis abhorrere (Dyroff 282) iam nunc contenderim, sed etiam haec (47 p. 449 sq.) profert: Ἡ θεοῖς γείτων ἡρωικὴ Φρόνηςις ἐνομοθέτηςε sanctos illos puerorum mores; quibus verbis illum spectare Chariclis (20 p. 420) Ἀρετὴν θεῶν γείτονα neminem fugiet. Eodem igitur τόπωι iam diu in rhetorum usum recepto utrumque uti concludendum est. — Cf. etiam p. 30, 1.

[3]) De hac quaestione v. H. Binder, Dio Chrysostom. u. Posidon. (1905) 26 sq., alia dabit Praechter 40, 1.

[4]) Abhandl. d. kgl. Sächs. Gesellsch. d. Wissensch., philol.-hist. Kl. XX 90 sq.

iudicium mea sententia facere licet[1]; quantopere enim ab initio haesitaverint, ἐγκυκλίων μαθημάτων[2]) ratione habita videamus. Iam Zenonem hac de quaestione secum pugnasse refert Cassius scepticus (apud Diog. Laert. VII 32 sq.), etsi fortasse eius verba subtilius interpretatus est. Deinde Chrysippus (Arnim III 732 sq. p. 183 sq.; cf. e. g. Stob. ecl. II 67, 5 sq. W) satis ἐγκύκλια comprobavit certis nimirum finibus, ut aiunt, observatis (Dyroff 257). Tum Strabo (I 13) non mediocriter eadem respexit, quae Philo hac in re Stoicos secutus (Zeller l. III 2⁴ 457) haud magni fecerit[3]. — Conservaverunt contra aevi Saturni fabulam Pythagorei[4], quos secuntur Stoici ii, qui doctrinam vulgarem praebent[5]. Ad Posidoni quidem sententiam referenda esse ea, quae apud Pseudo-Manilium (I 66 sq.) leguntur, probavit Boll, Stud. über Claud. Ptolem. 221 sq., ut iudicium Nordenii, qui ex Senec. epist. 90 concluserat illum medias quasdam tenere partes, confirmetur[6]. Denique ex

---

[1]) Ipse Praechter concedit fuisse quosdam Stoicos, qui 'das Ideal nicht in einem Zustande primitiver Roheit erblickten, in welchem die Schuldlosigkeit der Menschen nicht die Frucht der Arbeit am eigenen sittlichen Charakter war'; verum ἀρετήν discendam esse Stoici omnino censuerunt. Singulas virtutes φύσει an ἔθει adepti essent homines, veteres et recentiores Stoici cum mediis disceptasse videntur (cf. Dyroff 202); haec alia est quaestio.

[2]) Hoc exemplum propter Callicratidae sententiam usurpavi.

[3]) Cf. etiam Sternbach ad gnomol. Vatic. 166 Wien. Stud. 1888 X 36. Maxim. Tyr. XXXVII fusius hoc disputans ad certam quandam sectam, quantum vidi, non accedit, etsi nonnullis argumentis Platonicis et Stoicis utitur; v. H. Hobein, de Maxim. Tyr. quaest. philol. sel. (1895) 61.

[4]) Preller, Philol. 1852 VII 44, 109.

[5]) Philodemus de Stoic. col. XIX 13 sq. (Crönert 66) refert veteres Stoicos (cf. Crönert 67, 323) ἀντὶ τῆς ἐξ[η]μερω[μέ]νης ἐν τοῖς ν[ῦ]ν χρόν[οις ἀναστροφῆς] appetivisse τὴ[ν ἐπὶ] τῶν γ[ηγενῶν].

[6]) Jahrb. f. klass. Philol., Supplem. 1892 XIX 411 sq.; Vergils Aeneis, Buch VI, 39 sq. Frustra Binder l. 28, 30 adversatur, qui ne Pseudo-Manili quidem loci rationem videtur habuisse. — Num vero Ovidi metam. XV 96 sq. auctor Posidonius fuerit, ut vult Schmekel, Philos. d. mittleren Stoa, 288, 4 dubito, potius vere Pythagoreum esse locum ratus. Posidonius autem in 'fastis' (IV 395 sq.) adhibendus est, id quod etiam Boll. l. 223 existimat; cum Schmekelio nisi fallor consentit G. Lafaye, Les métam. d'Ovide et leurs modèles grecs, (1904) 216 sq.

Cic. de invent. I 2, loco haud dubie Stoico[1]), efficitur beatos fuisse homines principio et pedetemptim depravatos esse minime illius aetatis Stoicos arbitratos esse. Quibus de causis Chariclem uti sententia 'Stoica' statui nequit. Neque Cynicos attulerim, cum παιδείαν ab iis flagitatam esse constet; licet vero hos compares, tamen a Stoicis seiungas necesse est; nam in Chariclis ὑπὲρ γάμου disputatione diatribae Cynico-Stoicae locum omnino non esse infra (p. 30 sq.) prob[illegible] aque restant Pythag[illegible] et poetae, quippe qui in nostr[illegible]mento pariter atque illi religionem popularem explanent; neque sine causa Lafaye (v. p. 17, 6) 217 fragmento quodam Oxyrrhynchio[2]) exhiberi opinionem 'poeticam' posuit. Hac igitur fabula Charicles utitur nempe nihil aliud spectans, quam ut Ἔρωτα νεώτατον τῶν θεῶν vel ὀψὲ γεγονότα[3]) illustraret.

Cultu igitur humano etiam voluptates introductae sunt, quarum in numero amor puerilis ille incestus habendus est. Iam sequitur huius descriptio, qua omnium nostrum animi permoveantur; quantae enim calamitati id vitium antiquis fuerit luce clarius apparet.

Amor. 21 p. 421. Οἱ δ' ἄθλιοι καὶ δυστυχεῖς, ἵν' ἐπὶ πλέον ὦσι παῖδες, οὐδ' ἔτι μένουσιν ἄνδρες, ἀμφίβολον αἴνιγμα διπλῆς φύσεως, οὔτ' εἰς ὃ γεγέν-

Plut. amat. V 751 f. sq. Ἐχθὲς γάρ, ὦ ἑταῖρε καὶ πρώιην μετὰ τὰς ἀποδύσεις καὶ ἀπογυμνώσεις τῶν νέων παραδὺς εἰς τὰ γυμνάσια καὶ προσανατριβό-

Aliter locum excussit Themist. amat. 164a sq. [p. 201, 13 sq. Dind.]. Καὶ πράγματα εἶχον καὶ παρεῖχον τοῖς γυμνασίοις καὶ ταῖς παλαίστραις ὅτωι ἐντύ-

[1]) Zielinski, Archiv f. Religionswissensch. 1906 IX 54 sq. Posidonius autem in censum vix venit, neque id Philippson (Jahrb. f. Philol. u. Paed. 1886 CXXXIII 417 sq.) cui assentitur Schanz (Gesch. d. röm. Lit. I² 286 sq.) mihi persuasit.

[2]) De quo cf. v. Wilamowitz, Gött. Gel. Anz. 1898. 695; Weil, Rev. Etud. Gr. 1898 XI 239 sq.; Crusium apud PW V 2279 sq. V. etiam Pherecratis Ἀγρίους (CAF III 146 sq. K) et alia multa apud Rohde, Griech. Roman² 537 sq. (Schmekel l. 452 sq.). — Wilhelm, Rhein. Mus. 1904 LIX 285 sq. hunc locum, non Callicratidae sententiam proferre debuit.

[3]) Plat. conv. 195a, Plut. amat. 5, 751 f.; opponitur, ut constat, Ερως πρεσβύτατος τῶν θεῶν: Plat. conv. 178b, Plut. l. l. Quomodo poetae hanc sententiam usurpaverint, e. g. ex versu nuper a Jouget et Perdrizet edito (Crönert 159) cognoscere licet: Ἔρως ἁπάντων τῶν θεῶν παλαίτατος.

νηνται φυλαχθέντες οὔτ' ἔχοντες ἐφ' ὃ μετέβηcαν· τὸ δ' ἐν νεότητι παραμεῖναν ἄνθος ἐς γῆρας αὐτοὺς μαραίνει πρόωρον. ἅμα γὰρ ἐν παιςὶν ἀριθμοῦνται καὶ γεγηράκαςιν οὐδὲν ἀνδρῶν μεταίχμιον ἔχοντες· οὕτως ἡ μιαρὰ καὶ παντὸς κακοῦ διδάςκαλος τρυφὴ ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἡδονὰς ἀναιςχύντους ἐπινοοῦςα μέχρι τῆς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεπῶς νόςου κατώλιςθεν, ἵνα μηδὲν ἀγνοῆι μέρος ἀςελγείας [1].

μενος ἡςυχῆι καὶ προςεμβαλών, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐν ταῖς παλαίςτραις πτεροφυήςας οὐκέτι καθεκτικός ἐςτιν (scl. ἔρως), ἀλλὰ λοιδορεῖ καὶ προπηλακίζει τὸν γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ ςυνεργὸν ἀθαναςίας τῶι θνητῶι γένει [2]) ςβεννυμένην ἡμῶν τὴν φύςιν εὐθὺς ἐξανάπτοντα διὰ τῶν γενέςεων [3]). οὗτος δ' ἀρνεῖται τὴν ἡδονήν. αἰςχύνεται γὰρ καὶ φοβεῖται· δεῖ δέ τινος εὐπρεπείας ἀπτομένωι καλῶν καὶ ὡραίων.

χοιμι νέωι ἀναπειρώμενος κτλ.

26 sq.

Ψυχὰς γὰρ αὐτῶν διαλαμβάνουσα ἡ τρυφὴ καὶ κολακεία λώβης ἐμπιπλᾶσιν ἀδιηγήτου. ὥςτε καὶ εἴ τι ἐνῆν ἄνθος αὐτοῖς ἀμυδροῦ ἀρετῆς, μαραίνεςθαι ἅπαν τοῦτο κτλ.

Homines autem solos depravatos atque degeneratos esse e ceteris animalibus perspicitur. Veniamus igitur ad bestiarum simile. Talibus exemplis imprimis utuntur Cynici [4]), a quibus sumpserunt Stoici (Praechter 72, 143 sq.), et Epicurei [5]). Praechter 143 sq. nostrum locum aliter esse conformatum atque adsolet animadvertit. Nam e. g. Pseudo-Dionysi art. rhet. II 3 conferentes homines et bestias eo inter se differre legimus, quod hae ἀγεληδόν illi νόμωι καὶ τάξει γαμοῦςιν; cui loco cum Hierocle Stoico necessitudo quaedam intercedit (Praechter 69 sq.).

[1]) Eundem locum postea excutit Charicles (26 p 426).

[2]) Plat. conv. 206a sq., 212a b.

[3]) Imago a stellis derivata est. Cleomed. II 87 p. 158, 29 sq. Ziegler Epicuro hanc sententiam tribuit idque iniuria, quia talia ille non curabat; cf. Zeller l. III 1[3] 542, 8. Stoicam autem eam esse certo infitiari licet (Arnim II 681 sq. p. 200 sq.); verum cf. Plut. consol. uxor. 10, 611f et iam Plat. leg. II 776b.

[4]) E. Weber, De Dione Chrysostomo, Cynicorum sectatore, Leipz. Stud. 1887 X 108 sq.

[5]) Us LXX sq.; Kiessling ad Hor. epist.[2] I 4, 16; Norden, Jahrb. l. 419, 2. Et Stoici (Praechter 72) et Epicurei (Heinze ad Lucr. III 299) θηρία ζῶια ἄλογα dicebant (etsi hi lenius ut ita dicam iudicium faciebant; cf. Polystrat. frg. 5a 7 sq. p. 5 Wilke).

Et profecto Plato[1]) ipse (leg. VIII 840 d sq.) homines ἀμείνους τῶν θηρίων τυχοῦσι συγγίγνεσθαι vetuit. Hunc autem in modum pergit Pseudo-Dionysius: homines primum θηριώδει καὶ πεπλανημένωι βίωι utebantur, tum ἐξεῦρον ordinem quendam matrimonii, id igitur ipsum quod Callicratidas (33 p. 434 ἀλόγοις ζώιοις non licuit proficere eqs.) in usum suum convertit. Contra hoc loco, ut ipsius Epicuri notione (Us 398 p. 274, 12 sq.) utar, bestiae praedicantur ut κάτοπτρα τῆς φύσεως. Et Epicurea, cum Cynica quoque ipsa per se in censum veniant, nos habere videbimus. Bestiae enim non ἐκ πονηρᾶς διαθέσεως degeneratae dicuntur a Charicle, id quod Epicurum redolet; cf. Diog. Oen. 30 p. 375: Οὐχ ἡ φύσις μία γε οὖσα τῶν πάντων εὐγενεῖς ἢ δυσγενεῖς ἐποίησε ἀλλ' αἱ πράξεις καὶ διαθέσεις; tum haec percurramus: Τίνα τῆς ψυχῆς τυφλὴν[2]) ἀναισθησίαν ἀμφοῖν ἠστοχήκατε φεύγοντες ἃ διώκειν ἔδει καὶ διώκοντες ἀφ' ὧν ἔδει φεύγειν (22 p. 422).

Ἀναισθησίαν: vox eschatologica et Pythagorea (Bonhöffer I 61) in censum non venit; εὐαισθησίαν proprio sensu usurpant Stoici (Bonh. I 134; Dyroff 50). Omnibus autem ob animum obversatur Epicureorum κενοδοξία vel potius ἀβλεψία (Polystr. col. XXIII a 12 p. 31 W); denique ipsa ἀναισθησία apud Philodemum (rhet. I 227, 16 sq. Sudhaus) reperitur.

Ἠστοχήκατε: hoc de vocabulo nihil statuere licet cum et apud Epictetum (v. ind. Schenkl. ἀστοχ.) et in Philodemi rhetoricis (v. ind. Sudh. ἀστοχ. et εὐστοχ.) inveniatur.

Φεύγοντες ἃ διώκειν ἔδει κτλ. Stoici dicunt αἱρεῖν καὶ φεύγειν (Dyroff ind. φεύγειν et φευκτά), cum διώκειν καὶ φεύγειν ad certa πάθη, scl. ἐπιθυμίαν (ὄρεξιν) et φόβον (ἔκκλισιν), spectent (Bonh. I 279); recentiores demum διώκειν in hunc usum converterunt, idque una cum notione αἱρεῖν Epictetus, sine ea M. Aurelius, utpote qui vocem cum λόγωι componeret.

[1]) Ad Hieroclem hunc locum contulit Bersano, Riv. di filol. 1904 XXXII 349.

[2]) Hoc per anticipationem dictum esse nemo non videt; neque igitur minus conservandum est quam illud (15 p. 414) ἀνώνυμον αὐτὸν ἐσίγησεν ἡ πρᾶξις, quod Naber, Mnemos. 1901 XXIX 176 voce ἀνώνυμον amovenda emendare studet.

Διώκειν καὶ φεύγειν nostri loci significatione[1]) usurpant Epicurei, cf. Us 25 p. 73, Polystr. col. IX b 1 sq. p. 16 sq. W, qui locus ideo aptissimus est, quod de φύσεως τέλει agitur[2]).

Porro οἱ ἐπὶ τῷ φρονεῖν εὐλογούμενοι Epicuream differentiam λόγου et ἔργου (Polystr. col. XXIV b 4/5 p. 33 W) revocant, etsi paulo supra verbis ἀκίνητα τῆς Προνοίας δόγματα sententia mere Stoica exponitur. Imprimis autem conferamus Plut. Gryll. 7, 990 d, qui locus certo Epicureus est[3]): Ὅθεν οὔτ' ἄρρενες πρὸς ἄρρεν οὔτε θήλεος πρὸς θῆλυ μεῖξιν αἱ τῶν θηρίων ἐπιθυμίαι μέχρι γε νῦν ἐνηνόχασιν· ὑμῶν δὲ πολλὰ τοιαῦτα τῶν σεμνῶν καὶ ἀγαθῶν (cf. etiam Lucian. bis accus. 21). Epicurea igitur argumenta legi videmus, etsi in usum rhetoricum iam diu transierunt[4]). Verum ne noster quidem locum illum, quem apud Pseudo-Dionysium invenimus, omittere potuit, cum γάμου mentio inferenda esset necessario;

[1]) Fortasse Callicratidas (43 p. 446), cum dicit τίς ταῦτα τὰ ἀγαθὰ διώκει, ut saepissime adversarii verba reddit.

[2]) Διώκειν occurrit etiam apud Metrodorum (col. XIV 2 p. 587 Koerte) et Demetrium Laconem (Crönert 118, 519). Epicureus apud Max. Tyr. III 2 (I 30 Reiske) διώκειν dicit, paulo post (6 I 36 R) αἱρετώτερον legitur procul dubio propterea, quod διωκτότερον non dicebatur; etiam διωκτόν post Aristotelem rarissime dictum videtur. Quo fit, ut apud Epicurum (Us 398 p. 274, 25 sq.) διώκειν cum αἱρετόν coniungatur. Plut. amat. 4, 751 ab Epicurea sapit; cf. Philod. de mus. frg. 65 p. 49 K.

[3]) Us. praef. LXX sq. totum libellum Epicureum esse probare conatus est; cui sententiae non sine causa obstitit Hirzel, Dialog II 128 sq. Nostrum vero enuntiatum Epicurea sapere primo obtutu apparet; cf 990 c οἱ δ' ἄρρενος ὑπ' οἴστρου καὶ μαργότητος cum Epicuri definitione amoris (Us 483 p. 305): σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων μετ' οἴστρου καὶ ἀδημονίας (v. etiam Epicur. sent. 80 p. 198 Wotke τὰς ἐπιθυμίας τὰς οἰστρώδεις). — In exemplis etiam Hercules memoratur (990 e), qui ὁμοίως ἑταῖρον ἀγένειον ἐπιδιώκων ἀπελείφθη τῶν ἀριστέων καὶ προύδωκε τὸν στόλον. Huius enim erga Hylam amor a poetis (Theocr. XIII, Apoll. Rhod. I 1201 sq., Propert. I 20) more Platonico collaudatus est; cf. v. Wilamowitz, Textgesch. d. griech. Bukol. 174 sq. Addere liceat tantum abesse, ut poetam Cyrenaicum (Zielinski, Archiv f. Religionswiss. 1905 VIII 327) Properti auctorem esse verisimile sit, ut hunc illo usum non esse ex ipsius frag. 410 (II 585 Schneider) sequatur; Apoll. Rhod. I 1220 cum Callimacho prorsus pugnare videtur.

[4]) Wilhelm, Rhein. Mus. 1906 LXI 104 sq. ex Ovidi loco haud inepte comparato quae secuntur concludere potuit.

et loco abdito ἄλογα ζῷα inculcavit addiditque (27 p. 427): εὑρέθη κοινὴ τραπέζα apud homines. Itaque tempore progresso ipsi homines profecerunt. Iam opinor manifestum est, quam longe certae cuiusdam sectae ratio absit, cum modo inferiorem modo superiorem bestiis hominum victum esse statuatur.

Accedamus ad locum eum (23/24 p. 423/25), quo Socratici, in quibus esse etiam Stoicos vidimus (p. 12, o), illuduntur. Praechter 150 suo iure et Athen. XIII 563 e θρυλλεῖτε γὰρ (scl. Stoici ὅτι δεῖ μὴ τῶν σωμάτων ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ἐρᾶν et Plut. amat. 5, 752 a quem locum supra (p. 18/19) iam tetigimus (πρόφασις οὖν φιλία καὶ ἀρετή) contulit. Neque vero Stoicum esse Daphnaeum in Plutarchi 'amatorio' postea nobis persuadebimus neque a Stoico Graeco suae sectae sodales adeo increpari a me impetrare possum ut credam, etsi cum Praechtero hanc Senecae (epist. 123, 15) sententiam mecum reputavi: Illos quoque nocere nobis existimo, qui nos sub specie Stoicae sectae hortantur ad vitia; hoc enim iactant: solum sapientem et doctum esse amatorem; 'solus sapit ad hanc artem; aeque conbibendi et convivendi sapiens est peritissimus; quaeramus ad quam usque aetatem iuvenes amandi sint'. Ipse enim vir doctus Senecam hominem Romanum esse monet, nisus certe iis quae apud Senecam secuntur: Haec Graecae consuetudini dicta sunt, nos ad illa potius aures dirigamus: 'Nemo est casu bonus; discenda virtus est'. Hoc vero potissimum monendum est tractari τόπον usitatissimum[1]) et inde haud dubie natum, quod ipsi Platonis dialogi ansas quasdam praebebant[2]) eius excolendi. Singula quidem non sunt ea, quae hoc loco tractare operae pretium sit[3]).

---

[1]) Ex Luciano dabit locos Lauer 5; cf. etiam Helm, Neue Jahrb. f. d. klass. Altert. 1. Abteil. 1902, 198 sq.; 206 sq.; imprimis v. ver. hist. II 17 sq.

[2]) Cf. I. Bruns, Vorträge u. Aufsätze (1905) 136 sq.

[3]) Πᾶν τὸ σοφὸν ἐπὶ τὸ νέον ἐπτόηται respondet iis, quae initio (5 p. 403) dicuntur: ὁ δ' ἁγνεύων ἔρωτος ἄρρενος ἐς γυναῖκας ἐπτόητο; hanc vocem Epicurei (Polystr. col. XXb 12 sq. p. 29 W) acceperunt, id quod mirum non est, cum omnes animi perturbationes ab iis reiectas esse nemo ignoret. — Ceterum ex Polystrati loco quid intersit inter Stoicos et Epicureos optime cognoscere licet. Atque constat illos ut philosophos ethicos κατ' ἐξοχήν perficiendum censuisse τὸ καθῆκον, sive

Imprimis ἡδονῆς mentio ad sententiam Praechteri statuendam videtur valuisse (25 p. 425: Μικρὰ δ' ἀπὸ τῆς ἄγαν σπουδῆς ἐπὶ τὴν ὑμετέραν, ὦ Καλλικρατίδα, καταβὰς ἡδονὴν ἐπιδείξω παιδικῆς χρήσεως πολὺ τὴν γυναικείων ἀμείνω). Mutuo autem idem sibi crimini dant adversarii, quod etiam ex Plutarchi 'amatorio' apparet. Quo de libello partem [1]) primam ut breviter tractem, paulum digredi liceat.

Huius dialogi argumenta graviora facile cognoscuntur praeter τόπον Socraticum atque Platonicum loci φύσεως et ἡδονῆς. Protogenes, amoris puerilis defensor, hunce in modum ἔρωτα definit (4, 750 d sq.): ἔρως εὐφυοῦς καὶ νέας ψυχῆς ἀψά-

---

δικαιοσύνην et ἀνδρείαν (Hor. carm. III 3, 1 sq.) sive σωφροσύνην (Senec. Thyest. 339 sq.; v. Keller et Holder ad Hor. l.) praedicabant; in virtutibus igitur bonorum finem collocabant. Hi quidem ut physici verum appetunt. Epicureismum vere Graecum, cum oriente mixtam esse Stoam inde animo comprehendas. Τέλος autem commune est idemque ac nostrum libertas.

Horat. l. l.:
Iustum et tenacem propositi virum
non civium ardor prava iubentium
non voltus instantis tyranni
mente quatit solida eqs.

Senec. l. l.:
Rex est qui posuit metus
et diri mala pectoris eqs.
Mens regnum bona possidet
hoc regnum sibi quisque dat

Polystr. col. XXb 5 sq. p. 28 W.
Αὕτη γὰρ (scl. ἀλήθεια) οὔτε θρασύνεσθαι παρὰ τὸ προσῆκον οὐθὲν ποιήσει οὔτε κεναῖς δόξαις ἀνθρώπων δουλεύοντα πάλιν δεισιδαίμονα καὶ δοῦλον παντὸς καὶ ἐπτοημένον περὶ ὃ ἂν τύχηι ἐάσει εἶναι οὔτε ἄλληι τινὶ κακίαι ἐνεχομένους τοῖς κατὰ τὰς ἀβελτέρους δόξας ἀκολουθοῦντας ποιήσει γίνεσθαι μετὰ τῆς τῶν πολλῶν ἀνοίας, ἀλλ' ἀθόρυβον ἀληθινῶς καὶ ἀδεῆ ἔμ' πᾶσιν εἶναι.

Cf. etiam Horat. l. l. v. 7/8: cum
Si fractus illabatur orbis
impavidum ferient ruinae.

Polystr. col. III b 5 sq. p. 10 W.
αὕτη γὰρ (scl. ἀλήθ.) ἀσάλευτον ποιεῖ περὶ ἑκάστου τὴν πίστιν.

Ad Polystr. locum cf. Plut. non posse suav. viv. sec. Epic. 5, 1089 e ἢ βέβαιον ἐλπίδα καὶ χαρὰν ἀσάλευτον εἶναι περὶ πράγματος σάλον ἔχοντος τοσοῦτον κτλ. — Polystrati locis sine uncinis signisque descripsi, cum quae supplevit Wilke certo restituta sunt.

[1]) Quem quattuor esse compositum disputationibus docuit C. Hubert, de Plutarchi amatorio, (1903) 40 sq. Re vera ἐρωτικός, γαμικὰ παραγγέλματα, ἐρωτικὰ διηγήματα, γάμου singuli exhortationes distinguenda sunt, quae res similes continent, compositione non prorsus inter se cohaerent.

μενος εἰς ἀρετὴν διὰ φιλίας τελευταῖ, quae Chrysippum redolent[1]). Hunc quidem amorem φύσιν sequi contendit. Tum contra mulieres dicens Aristippi argumentum usurpat (750 d sq.), cum muliebris amoris τέλος esse ἡδονήν καὶ ἀπόλαυσιν statuit; eum esse νόθον, non γνήσιον. Daphnaeus adversarius (V 751 b sq.), amorem puerorum παρὰ φύσιν, νόθον non γνήσιον, vocat. Atque definitionem Stoicam impugnans φιλίαν καὶ ἀρετὴν esse πρόφασιν profitetur, quem locum iam memoravimus; hoc si falsum sit, ἀτελῆ esse puerorum amorem. Συνουσίαν igitur omnis amoris τέλος esse debere censet. Haec vero qui dicit, non esse eum Stoicum nemo non intellegit. Nihilominus argumentum Stoicum in usum suum convertit, nempe illud ἀτελῆ esse οἰκίαν τὴν ἄνευ γάμου (qua de re cf. Praechter 68). Unde perspicuum est utrumque iisdem argumentis usum alterutri opprobria dare eadem.

Iam ad nostrum libellum redeat disputatio. Ipse enim Callicratidas ἔρωτα γυναικῶν ἀκόλαστον esse ἡδονήν contendit, παίδων amorem praedicat σωφρονοῦσαν εὔνοιαν[2]) (37 p. 439). Uter amor maiorem praebeat τέρψιν et ἀπόλαυσιν explanare volunt adversarii; cf. Chariclis haec (25 p. 425): καὶ τό γε πρῶτον ἐγὼ πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἡγοῦμαι τερπνοτέραν εἶναι τὴν χρονιωτέραν· ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παραπτᾶσα φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι πεπαυμένη· τὸ δ' εὐφραῖνον ἐν τῶι παρέλκοντι (20 p. 420: ὀλίγης ἡδονῆς ἀντικατηλλάξαντο μεγάλην ἀδοξίαν; v. Isocr. Euag. 45) cum Callicratidae argumentis (37 p. 438): οὗτός ἐστι (scl. ἔρως πάνδημος = muliebris) τῆς ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος κτλ. (49 p. 452): ταῦτ' εἰδότες ὦ νεανίαι, σωφρόνως παισὶν ἀγα-

[1]) Arnim III 716 p. 180 sq.; etiam ὀρέξεως et malae ὁρμῆς distinctio Chrysippi est; cf. Hirzel, Untersuch. zu Ciceros philos. Schr. II 383 sq. (v. e. g. Arnim. III 464 p. 116).

[2]) Vox Stoica videtur esse; cf. Bonhöffer I 285, 288. Nam etsi iam in Pseudo-Demosthenis amat. 13 reperitur, tamen Plutarchi quoque locus hic (amat. 5, 751 d) respiciendus est, quo Daphnaeus Stoicorum sermonem nisi fallor imitatur: εἰ γὰρ ἡ παρὰ φύσιν ὁμιλία πρὸς ἄρρενας οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἐρωτικὴν εὔνοιαν οὐδὲ βλάπτει, πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι τὸν γυναικῶν ἢ ἀνδρῶν ἔρωτα τῆι φύσει εἰς φιλίαν διὰ χάριτος ἐξικνεῖσθαι, invertitur enim illud Protogenis: εἰς ἀρετὴν διὰ φιλίας τελευτᾶι (cf. adn. 1).

θοῖς πρόσιτε μήτ' ὀλίγης χρήσεως εἵνεκεν τὴν μακρὰν ἐκχέοντες εὔνοιαν ἄχρὶ τῆς ἀκμῆς πλαστὰ τὰ τοῦ φιλεῖν προβάλλεσθε πάθη κτλ. — Callicratidas spectat ἄρρενα ἔρωτα, ut qui μόνος κοινὸν ἀρετῆς καὶ ἡδονῆς sit ἔργον (31 p. 431); cupit enim ἡδονὴν ἀρετῆι μεμιγμένην (37 p. 438). Quod Epicureum esse statuerit quispiam. Verum habemus Stoicorum et Epicureorum hac de quaestione certamina[1]; iis quidem ἡδονήν et ἀρετάς coniungi non posse sequitur. Neque hoc affere licet (Us 506 p. 313): Ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀχώριστόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνην, τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι οἷον βρωτά, quoniam ἕνεκα ἡδονῆς παρελθοῦσα ἡ ἀρετὴ |ἡδονὴν ἐνεποίησεν (Us 509 p. 314), ut ἡδονή idem sit atque virtus; in voluptate enim Epicurea inhaeret virtus, in virtute voluptas, ut 'voluptas separari a virtute non possit' (Us 506 p. 314, 5). Neque igitur μεῖξις vel κοινωνία ἀρετῆς καὶ ἡδονῆς in censum veniunt, cum apud Epicurum non dualistice, ut nostris utar notionibus, sed monistice virtus cum voluptate componatur[2]. Neque Epicureos pertractasse notionem voluptatis ut Stoicos virtutis et naturae ignoro; sed iam diu hae notiones tam penitus perceptae erant ab hominibus, ut aetatis imperatoriae rhetores ad suum quisque arbitrium iis uterentur idque potissimum in huius generis λόγωι, qui spectet ψυχαγωγίαν ἐρωτικήν[3]. Quam ob rem non mirum, quod Achilles Tatius argumentum aeque atque a Charicle nostro iam ab Ovidio[4]) tractatum ita adhibuit, ut im-

[1]) Diog. Oen. 66 sq. p. 415. — Ad nostrum locum valet Plat. Phileb. 61 b.

[2]) Aliter Chrysippus argumentum tractavit (Arnim. III 22 p. 8; cf. Dyroff 62): 'Ita ceterorum sententiis semotis relinquitur, non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio. Quam quidem certationem homo et acutus et diligens, Chrysippus, non contemnit; totumque discrimen summi boni in earum comparatione positum putat'. Qua de causa pap. Hercul. ined. 998 frg. 9 (Crönert 61, 209) καθά[π]ερ τὴν ἡδονὴν λαμβάνουσιν] εὐ[ήθ]ως αὐτὴν ἐ[κ]θέμενοι κτλ. ad Chrysippum vel Chrysippeos non pertinere arbitror.

[3]) Achillis Tati quem statim laudabo verbis (Erot. Gr. II 35 p. 53, 50 sq. Hirschig) utor; cf. amor. 53 p. 455.

[4]) De art. amat. II 683 sq.

Odi concubitus qui non utrumque resolvunt.
hoc est cur pueri tangar amore minus.

mutaret[1]). Ergo ὑμετέρα ἡδονή — ut ad ea, a quibus profectus sum, redeam — non voluptatem eam sibi vult, 'quam vos vitae humanae normam statuitis', sed eam, 'quam vos in amore efflagitatis' [2]). Qui enim Plat. conv. 197 d unum quodque

---

Locum attulit Wilhelm, Rhein. Mus. 1902 LVII 59 sq.; etiam Brandt ad Ovid. l. 'amores' et Achillem Tatium bene descripsit.

[1]) Wilhelm l. 71 sq. Ob id ipsum vir doctus 72 Praechteri sententiam refutare potuit; nam τὸ κεφάλαιον τῆς ἡδονῆς (Achill. l. l. 54, 14) ex sermone amatorio ductum videtur; neque quidquam philosophici Achillem dare voluisse et profitetur hic (p. 25, 3) et recte monet Wilhelm. Φιλοσοφώτερον sane λαλοῦσιν eius generis sophistae. — Quam ad rem explicandam comparemus Plutarchi περὶ ἔρωτος (VII 130 sq. Bernard.) disputationem cum Metiochi et Parthenopes fabula; simul enim huius textum quadam ex parte emendare licet; Herm. 1895 XXX 150 v. 24 sq. [ ] = suppl. Kaibel et Robert; { } = suppl. Krebs; ( ) mea.

φασὶ]ν μὲν ταῖς τῶν ἐρώντων ψυχαῖς ἐγγίγνε[σθαι φλογ)ερὸν πνεῦμα π{ῦ}ρ οἷον · [θερμότ]ητ[α] (γ') ἴσθ' [οἱ πεῖραν] ἤδη τοῦ πάθους εἰληφότ[ες] · (πεῖ)ρ(αν δ')ἐγὼ [μὲν ἔσχον) [οὔ]πω μηδὲ πειραθείην τόσ(ης νόσου. ἔρ)ως (δ' ἀληθῶς) [ἔστ]ιν κίνημα διανοίας ὑπ[ὸ] (καιροῦ) γιγνόμε[νον μαλακῶς) καὶ ὑπὸ συνηθείας αὐξόμενον.

25: cf. Plut. l. 135, 10. 27: γὰρ] ἀληθ]ῶς [δὲ ὁ ἔ-. 28: ρως]; cf. Plut. l. 131, 5 sq.; AP XII 224, 4. [τρυφῆς]. 29: πρῶτον]; cf. Plut. 134, 21 sq.; Stob. fl. 6, 15 Hense. — Vides quae sit φιλοσοφία (Plut. 130, 7; fab. Metiochi et Parthenopes l. 149, 1); ad Plutarchi disputationem cf. etiam AP V 89.

[2]) Denique describatur locus is, quo alia quoque ratione voluptatis argumentum explicetur, praesertim cum ad libelli nostri prooemium explanandum utilis sit: [Iulian.] epist. 34 p. 523 sq. Hertlein Ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι σὸς (scl. Iambliche) ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τοῦ Τηλεμάχου · κἂν γὰρ ἀνάξιόν με λέγηι τις εἶναι, οὐδ' οὕτω τοῦ ποθεῖν ἀφαιρήσεται · ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην μὴ βλάπτοντες, ἀλλὰ καὶ τῶι περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῶι ἔργωι προστιθέντες. Quantopere abhorreat ab Epicureis auctor hic (verisimillime Iulianus Caes.; cf. Bidez et Cumont. mém. couron. acad. roy. Belg. 1898, extrait, 70 sq. 76) addere supervacaneum est. — Consideraverit aliquis Athenis, unde ortus est Callicratidas, μυρίας ἐφέλκεσθαι ἡδονάς (Pseudo-Lucian encom. Demosth. 12), etsi hoc quidem minime probabile duco. Omnino autem locum comparare volui, quod περὶ ἔρωτος est: Demosthenes enim μόνος ex aequalibus οὐρανίωι ἔρωτι operam dans inducitur; atque διссοὶ ἔρωτες Platonici ita in medium proferuntur, ut Ἀφροδίτη

vocabulum pressit, facile e. g. in τρυφῶντας (21 p. 421)[1]) invectus est.

Quoniam quaestionem universam attigimus, ad singula quaedam veniamus. 25 p. 426: Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ὁ βάσκανος δαίμων[2]) ἐνεμέσησεν, ἔν γε τοῖς παροῦσιν ἥδιστα τὰ παρέλκοντα; haec, 'si sapientiae sequamur auctores'[3]), Epicurum redolere nemo non sentit — v. Epicur. sent. 14 p. 192 Wotke, 48 p. 195, Metrodor. sent. 30 p. 193 l. l., Senec. epist. 123, 9 sq., alia apud Us 485 sq. p. 305 sq. —, re vera in τόπον abierunt (AP. V 72, XII 50), cuius origines iam Solonis et Mimnermi elegi praebent. Iis quidem, quae secuntur, feminarum pulchritudo et amoris muliebris voluptas praedicantur, vituperantur puerorum κάλλος et ἔρως, quippe quae brevi exstinguantur; de mulieribus cf. AP. V 26, 62 (contrarium 27, 76), de pueris XII 36 sq.[4]). Tum, postquam matrimonium institutum esse dixit, hunce in modum pergit Charicles: (27 p. 427) Καὶ φιλίας μεσῖτιν ἑστίαν παραθέμενοι γαστρὶ τὴν ὀφειλο-

---

πάνδημος cum Venere marina confundatur, quod argumentum fortasse Pythagoreum est (Lactant. Plac. ad Stab. Theb. IV 527).

[1]) Hanc vocem ab Usenero et Schanzio deletam recte in textu reliquit Burnet.

[2]) = Ἅιδης; cf. EG (Kaibel) 345 p. 136, 569 q. 231; IosPE (Latychew) IV 391, 1 p. 218; imprimis Favorin. apud. Stob. fl. 64, 26 M. ex libro eo, quem inscripsit περὶ Σωκράτους καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης (Suid. v. Φαβ.; 6 p. 5 Gabrielsson); ceterum Favorini locus cum fabulae Metiochi et Parthenopes fragmentis modo (p. 26, 1) memoratis et cum Aelian. v. h. III 9 contendendus est.

[3]) Hac Pseudo-Quintiliani in declam. mai. XV 10 p. 286, 8/9 L locutione utor, ut nostri libelli (49 p. 453) εἰ δὲ δεῖ φιλοσόφων παισὶ πιστεύειν in sermonem latinum convertam; de hoc vocis παίδων usu cf. H. Binder, Dio Chrisostomus u. Posidonius, 61, 35. Num etiam sermonis formula illa in vetere testamento usitata (ut υἱοὶ θεοῦ; cf. Blass, Gramm. d. neutestam. Griech. 94, Th. Naegeli, Wortschatz des Apostels Paulus, 1905, 74) postea ad usum illum propagandam valuerit, quaesierim.

[4]) Quod reddit Callicratidas verbis his (48 p. 451): ἀμοιβαίους ἔρωτας ἀνταποδίδωσι postea is qui prius ἐρώμενος fuit; hunc locum lepide excussit Strabo, AP XII 238. — Ἐν παρέργωι nescio an epigr. Callim. 28 Wil. versus σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια cum Horatiano illo (Carm. III 1, 1) 'odi profanum vulgus et arceo' comparandus sit, cum Callimachus quoque de genere poetico agat.

μένην ἀπομετροῦμεν ἀπόλαυσιν, οὐ μόνοι τὸν Θάσιον εἰ τύχοι πίνοντες οἶνον, οὐδὲ καθ' αὑτοὺς τῶν πολυτελῶν πιμπλάμενοι σιτίων, ἀλλὰ δοκεῖ τερπνὸν ἑκάστωι τὸ μετ' ἄλλου καὶ τὰς ἡδονὰς κοινωσάμενοι μᾶλλον εὐφραινόμεθα [1]). Hoc loco noster Carneadis in Epicurum opprobrium usurpavit [2]): Οὔτε τοὺς μετρίους καὶ σώφρονας εἰκὸς ἐνδιατρίβειν τῆι ἐπινοίαι τῶν τοιούτων (scl. ἡδονιῶν) οὐδὲ ἅπερ ἔσκωπτεν αὐτὸν Καρνεάδης πράττοντα, οἷον ἐξ ἐφημερίδων ἀναλέγεσθαι, ποσάκις Ἡδείαι καὶ Λεοντίωι συνῆλθον, ἢ ποῦ Θάσιον ἔπιον <ἢ> πόσας εἰκάδας ἐδείπνησα πολυτελέστατα. Ipsa autem voce usurpata quatenus uti potuerit, apparet. Nam ut γυναικείαν σύνοδον a Charicle laudatam praetermittam, illud γαστρὶ ὀφειλομένην ἀπομετρεῖν ἀπόλαυσιν non modo Cynico-Stoicum est (Muson. 6 p. 26, 6 sq. H, 18 b p. 103, 1 sq.), verum etiam Epicureum, cuius rei Horati epistulae sunt testes. Ac ne πολυτέλειαν quidem probatam vel potius requisitam esse ab Epicureis perspicitur ex Diog. Oen. 60 p. 404: τί δ'ἐστὶ τοῦτο (scl. τὸ ἐπιζ|η|τούμενον ὑπὸ τῆς φύσεως τέλος), ὅτι τε μήτε πλοῦτος αὐτὸ δύναται παρασχεῖν μηδὲ δόξα πολειτικὴ μήτε βασιλεία μήθ' ἁβροδίαιτος [3]) βίος καὶ τραπεζῶν πολυτέλεια [4]) μήτ' ἀφροδεισίων ἐγλεγμένων [5]) μήτ' ἄλλο μηδέν, φιλοσοφία δὲ κτλ. Calliciatidam igitur (34 p. 435) λίθων πολυτέλειαν praedicantem minime Epicureum se praebere [6]) iam nunc elucet. Neque minus illum quam adversarium secum pugnare te monuerim, quandoquidem

---

[1]) Haec vox et Stoica (Praechter ind. v. 158) et Epicurea (Epicur. sent. 48 p. 195 W) est.

[2]) Us 436 p. 287, 6 sq.; cf. etiam Plut. non posse suav. vivi sec. Epic. 16, 1097 c sq., 17, 1099 a sq.

[3]) Eundem victum reprehendit Philo (de opif. mun. 153 I 53, 5 Cohn et Wendland, imprimis de agric. 154 II 126, 9 sq. C et W), quem constat in tali argumento recedere ad 'diatribam'; cf. Wendland, Philo u. die kynisch-stoische Diatribe 8 sq.

[4]) Cf. Us p. 64, 3 sq., quem locum recte emendavit Crönert, Rhein. Mus. 1906 LXI 418, et 181 sq. p. 156. Us p. 63, 20 cum Charicles sententia congruit.

[5]) Puerorum amorem incestum haud dubie perstringit; ad locum universum cf. Epic. sent. 81 p. 198 W.

[6]) Praechter, Berlin. philol. Wochenschr. 1896 XVI 870, 1. Quae res non obstat, ne diatribes quoque sectatores similia tractaverint (Praechter 77 sq).

γυναικῶν ψόγον tractans πολυτελὴν τράπεζαν (42 p. 444) iis crimini vertit.

Hoc quoque loco argumentum ἀναγκαίων a Praechtero (cf. p. 28,6) prolatum reiecerim propterea, quod et e comicorum[1]) ἀναγκαίωι κακῶι id quasi sequitur (35 p. 435 sq.) et ipse Callicratidas postea (43 p. 445 sq.) Menandrea (CAF. III 535 p. 158 sq.) affert. — Quod ibidem vitae matrimonialis descriptioni finem imponens ταυτὶ μὲν οὖν εὐσταθοῦς βίου τεκμήρια dicit, adversarium Stoicum esse minime inde efficitur, cum vox εὐσταθής non solum Stoica (Praechter 70 sq.) habenda sit; imprimis enim Epicurei eam videntur usurpasse (schol. AB. Il. E 2), etsi non formaverunt[2]). Quare ignoro sitne locus Plut. praec. coni. 45, 144 e (Praec. 71, 1) Stoicus, cum libellum omnino Stoicum esse denegaverim[3]); verum haec conferamus:

Plut. l. l. (cf. Philodem. de mus. 65 p. 49 K).	Iambl. vit. Pyth. 10 p. 11, 12 sq. Nauck
τί δεινὸν ἀπέχεσθαι τούτων τὰς γυναῖκας καὶ μὴ ταράττειν μηδὲ παροξύνειν τοὺς ἄνδρας ἀλλὰ συνεῖναι μετ' εὐσταθείας καὶ πραότητος.	εὐσταθείαι τε ψυχῆς καὶ καταστολῆι σώματος ὧν τε ἐλάλει (scl. Mnesarchus, Pythagorae pater) ἢ ἔπραττεν, εὐδίαι καὶ ἀκυμάτωι τινι γαλήνηι[4]) μήτε ὀργῆι ..... μήτε ἄλληι ταραχῆι.

---

[1]) Dico imprimis Menandr. CAF (Kock) III 651 p. 192 et Philem. II 531 p. 196; cf. etiam Achill. Tat. II 36 p. 54, 24 sq. Hirschig et Wilhelm, Rhein. Mus. 1902 LVII 62 sq. ad l. De ipsa quaestione v. Kroll, de oracul. Chald., Bresl. philol. Abhandl. VII 1 (1894) 48. — Profectus 'locus' est sine dubio a Plat. Tim. 41 e sq. 90 c sq. — Epicureus autem philosophus nullo pacto ἀναγκαῖα despexit, quippe cui ob animum versaretur Epicuri illa vox (Us 469 p. 300): Χάρις τῆι μακαρίαι φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα; a Bernaysio (Theophr. Schrift über die Frömmigk. p. 146), quem sequitur Usener, Φύσει scribente dissentio (p. 13, 2, 4).

[2]) P. Linde, de Epicuri vocab. ab optima Atthide alien., Bresl. philolog. Abh. IX 3 (1906) p. 13; 19; Philodem. rhet. II 53, 4 S. Demetrius Laco hoc de argumento librum conscripsit (Crönert 116, 122).

[3]) Hic libellus ex D. Wyttenbachii temporibus (animadv. in Plut. II 171 sq.) fusius tractatus non est. Wendland, quaest. Muson. 56 sq. quaedam Stoica contulit, qua re quaestio absoluta non est. E. g. 2, 139 c sq. γυναῖκες vocantur σώφρονες, quam peripateticorum notionem nihil est cur cum Dyroffio 262,1 miremur; accedit quod etiam Neopythagorei non parvo momento sunt; cf. L. Schmidt, Ethik d. alten Griechen (1882) II 190 et p. 14, 3.

[4]) Hae quoque voces non solum Stoicae (v. Dyroff et Bonhöffer

Videas etiam Themist. amat. 164d p. 202, 3 D. Neque igitur licet hanc vocem, sive e Chariclis mente usurpatur sive Callicratidae generi dicendi respondet[1]), certae cuidam sectae attribuere[2]).

Sed ad locum περὶ ἡδονῆς revertamur, cuius in fine Pythagoreorum more pro feminarum libertate pugnans[3]) (28 p. 428 sq.) Charicles haec statuit (28 p. 429): Καὶ πόcῳ κρεῖττον εἰc ἄρρενα τρυφὴν βιάζεcθαι γυναῖκα ἢ τὸ γενναῖον ἀνδρῶν εἰc γυναῖκα θηλύνεcθαι. Praechter, Archiv f. Gesch. d. Philos. 1898 XI 516, alteram huius sententiae partem cum Diogenis (Diog. Laert. VI 65) dicto pari conferens diatribam Cynico-Stoicam apparere ponit. Primum autem utrum Diogenis an

II ind. v.) sunt sed etiam e. g. Epicureae; cf. Polystr. col. X a 1 sq. p. 17 W; Linde l. v. γαληνιcμόc et ἐγγαληνίζω p. 51, 53; plura apud Wyttenbach l. I 411 ad 68c; de imaginis origine v. Lucian. ver. hist. I 30.

[1]) Illud vult Praechter. Eodem fere iure — id quod postea mihi in mentem venit — Homeri laudem illam (cf. schol. Odyss. θ 169 sq.) versusque Euripideos (p. 16, 2) ex adversarii sententia prolata esse aliquis dixerit considerans et apud Chariclem Epicurea et apud Callicratidam Stoica reperiri; cf. Lucian. Iupp. trag. 39 sq. et R. Helm, Lucian u. Menipp (1906) 143 sq. ad h. l.

[2]) Tale aliquid diiudicare atque decernere quam difficile sit, ex Plutarchi 'consolatione ad uxorem' patet. Hoc enim in libello uxor magna fuisse εὐcταθείαι dicitur (5, 609 d) τὸ πρεcβύτατον τῶν τέκνων ἀποβαλοῦcα. Atqui auctorem cum Epicureis pugnare ab Academicorum parte stantem non minus certum est (Us 502a p. 357, 28 sq.) quam argumenta et Epicurea et Stoica adhiberi; ita 4, 609a Aristippi (Diog. Laert. II 78) dictum cum sententia Epicurea coniungi statim cognoveris; vel 6, 609 f. κενὴ δόξα et 8, 610d sq. μνήμη τῶν ἀγαθῶν et praecipue φιλοπλουτίαc locus (9, 611 b sq., cf. Us 478 sq. p. 304, 357, 17 sq.) argumenta mere Epicurea sunt. Contra (9, 611c) εἰ δ' ἐκείνηc ἔχειc οἶκτον ἀγάμου καὶ ἄπαιδοc οἰχομένηc κτλ. e Stoae fontibus hausta sunt. Quis igitur in illius vocis origine deducenda arbitri munere fungatur?

[3]) Callicratidas (30 p. 431) cum alios tum Theanonem profert τῆc Πυθαγορείου Σοφίαc θυγατέρα, cuius περὶ γυναικῶν et περὶ γάμου disputatio (Rhet. Gr. I 274, 12 sq. W) neminem fugit; Praechter 147 nostrum locum praetermisisse videtur. — Charicles Philaenidis (ten Brink, Philol. 1851 VI 382 sq., Brandt ad Ovid. de art. amat. II 703 sq. p. 233) et ἑταιριcτριῶν (v. Wilamowitz, Gött. Gel. Anz. 1896, 632 sq.) mentionem facit, ut feminas illas liberas significet; harum etsi iam Plato (conviv. 191a; cf. Tim. lex. Platon. 104 Ruhnk.) rationem habet, tamen nostro ob animum versatum esse Luciani dialog. meret. 5 crediderim.

potius Aristotelis (gnomolog. Vatic. 144 ed. Sternbach, Wien. Stud. 1888 X 31) sententiam habeamus dubium est; deinde alteram partem, qua περὶ τρυφῆς agitur, in diatribam non quadrare quis est quin intellegat? Imprimis autem eo, quod ex diatriba Cynico-Stoica argumentum cum hoc loco vir doctus confert, offendor; adversantur enim, non assentiuntur Stoici-Cynicis περὶ γάμου, id quod ipse Praechter 69[1]) monuit et e Senecae 'Phaedrae' illo dialogo[2]) plane perspicitur. Tantum igitur abest, ut diatribe in hac Chariclis disputatione in censum veniat, ut nihil legatur nisi dictum similiter atque Carneadeum illud (p. 28) ex florilegio sumptum; ipsum vero argumentum

[1]) Epict. III 22, 67; 76. Hierocl. frg. XXII p. 52, 23 sq. Arnim.

[2]) 406 sq.; Nutrix matrimonii causam defendens illud 'vitae sequere naturam ducem' vere Stoicum profert; cf. etiam 469 sq. cum Liban. IV 1060, 2 sq. R iisque quae contulit ad Libani locum Praechter 144. Hippolytus similiter atque ab Euripide (Hippol. 10 sq.) et Ovidio (her. 4: cf. Leo, Senec. trag. I 173 sq.) describitur, nisi quod κυνιςμός ille multo clarius exprimitur. 'Priscorum' enim 'vitam' desiderat, cum haec nihili sit; verbo tenus locos quosdam cum Luciani 'Cynico' (cf. etiam cod. Einsiedel. buc. II 15 sq. p. 63 sq. Bähr. PLM III) conferre licet. 'Sollicito bibunt auro superbi; quam iuvat nuda manu captasse fontem'; his quidem versibus (518 sq.) quid sentiat Hippolytus, vel optime intellegitur. Atque εὑρήματα mala dicit et 'dux malorum femina' est; has igitur odit ex mente atque animo ut Callicratidas noster, qui 'Hippolyti' Euripidei versus 538 sq. (38 p. 439) argumentationi suae inserit; etiam 41 p. 442: ἄξιον δ' ἦν ςιδήρωι τὰ περίςφυρα ςκέλη πεπεδῆςθαι diatriben sapiunt, cuius rei exempla praebebit Helm, Lucian u. Menipp, 169 sq., nisi Chariclis verba (21 p. 421) ὡς μέχρι ςιδήρωι τὴν φύςιν ἱεροςυλῆςαι simul spectat. — Magis Stoicum se praestat Seneca in Neronis colloquio (Octav. 547 sq.). — Ceterum ab Antisthene Diogenem discrepare in feminis et matrimonio iudicandis contenderim neque, ut vult Dyroff 208, iam illum γυναικῶν κοινωνίαν statuisse crediderim. Neque enim Zenonem, cum dicit (Arnim I 269, 70 p. 62) γαμήςειν τὸν ςοφόν et δογματίζει παρὰ ςοφοῖς κοινὰς γυναῖκα, secum pugnare monuit Pearson ad Zen. frg. 171 p. 205; apud Diogenem (Diog. Laert. VI 11, 72; cf. Crönert 64, 310) res non eadem; non quo secundum Aristotelem (Zeller, Phil. d. Gr. II 1[4] 321, 4) κοινωνία γυναικῶν ante Platonem statuta non sit, sed quod Diogenes claris verbis γάμον μηδένα ἐνόμιςεν. Atque matrimonium, cui κοινὰς γυναῖκας opponi patet ex Diod. II 58, 1, tollendum non in civitate constituenda ἐδογμάτιςεν, quoniam μόνη ὀρθὴ πολιτεία ei videbatur esse ἡ ἐν κόςμωι, quae uniuscuiusque φύςει fit.

iam occurrit apud Prodicum (2 p. 539, 7 sq. Diels[1]): Τὰ δ' ἀφροδίσια πρὸ τοῦ δεῖσθαι ἀναγκάζεις πάντα μηχανωμένη καὶ γυναιξὶ τοῖς ἀνδράσι χρωμένη. Hoc quoque loco Callicratidas pro consuetudine sua utitur, cum brevi post (30 p. 431) se sui sexus causam dicturum enuntiat; Chariclem enim ὑπὲρ θηλειῶν λέγειν: ergo quasi θηλύνεται.

Iam patet eclectice atque rhetorum more Chariclem contulisse argumenta, ad quae congerenda omnia, quae ad quaestionem spectarent, perscrutatus est.

Nunc ad adversarii sententiam transeamus.

Callicratidas quoque cosmogoniam quandam dat. Atque sicut Parmenides daemone, quaecunque fuit[1]), Cupidinem ortum inducit, ita noster eum natum fingit ἐκ πρωτοσπόρου Ἀρχῆς, ut Chao dissoluto evadat παντὸς ἀψύχου καὶ ψυχὴν ἔχοντος δημιουργός. Qui easdem habet partes quas in Chariclis κοσμοποιΐαι Φύσις, nempe βίου τὸν βίον ἐπλήρωσεν (Stob. ecl. I 406, 8 W) vel τὸν κόσμον ἀπέδωκε τῶι κόσμωι (Heracl. alleg. Hom. 65 p. 129 Mehler). De Ἀρχῆι[2]) primum Gnosticorum Προαρχή et Ἀρχή in mentem nobis veniunt[3]), tum ad Heracliti locum illum modo commemoratum perducimur, quo κοσμοτόκος Ἀρχὴ δημιουργὸς ἁπάντων vocatur. Necessario autem Ἔρωτα attulit Callicratidas, ut φιλίας σεμνὰ πάθη legerentur (cf. Plut. amat. 4, 750 c).

[1]) Quae fuerit, vix diiudicabitur; cf. Diels, Parmenides Lehrgedicht, 107 sq., C. Hubert, de Plut. amatorio (1903) 37, 1; P. Decharme, Critique des trad. relig. chez les Gr. (1904) 52; A. Rivaud, Problème du devenir et notion de la matière (1906) § 54 p. 73, § 95 p. 135; Gilbert, Arch. f. Gesch. d. Philos. XX 25 sq.

[2]) Iterum ἀρχή scribi solet (cf. p. 13, 1).

[3]) Hac de quaestione v. Zeller III 2[4] 489, 1. Praeterea contendat aliquis Pseudo-Apul. Asclep. 19 p. 41, 33 sq. Goldb.; orac. Chald. 36 sq. Kroll; Plotin. VI 9, 9 p. 767 (II 520, 17 Volkm.) τὴν κινήσασαν τὴν πρόνοιαν (scl. θεοῦ) ἀρχήν. Denique memoratum volo carmen saec. p. Chr. n. V vel VI ortum (Niebuhr, Rhein. Mus. 1829 III 1 sq.):

O admirabile Veneris idolum,
cuius materiae nihil est frivolum,
Archos te protegat, qui stellas et polum
fecit et maria condidit et solum.

Hic quidem Archos unam dominandi vim habet, cum in ceteris exemplis significatio ordiendi accedat; v. p. 13, 3.

Mores enim hominum initio asperos tempore progresso meliores atque emendatiores facti sunt. Quam sententiam Epicuream esse iam Rohde, griech. Rom.^{2} 216, 2 statuit idemque Praechter 149 probare conatus est. Verum de πολυτελείαι agentes (cf. Zeller III 1^3 454[1]) aliud fuisse Epicureorum de cultu humano iudicium conclusimus; iam propius ad rem accedamus. Primum enim, si opinio Epicurea esset, non sola esset Epicurea, cum iam Aeschylus (Prometh. 447 sq., Plat. Protag. 322 sq.) idem docuisset, quod postea Aristoteles (Polit. II 8 1269 a 3 sq.) et peripatetici studiosius persecuti sunt[2]); hac quidem ratione aut Prometheus vel Palamedes aut χρόνος vel τριβή cultus auctores vocantur[3]). Itaque cum amor. c. 34 p. 435 non modo Lucretium et Diodorum[4]), quos affert vir doctus, sed etiam Moschionis versus (TGF.^{2} 6 p. 813 sq. N) contuli

Lucr. V 1448 sq.:

Navigia atque agriculturas, moenia leges,
arma, vias, vestes et cetera de genere horum,
praemia delicias quoque vitae funditus omnis,
carmina picturas et daedala signa polire
usus et impigrae simul experientia mentis
paulatim docuit pedetemptim progredientes.

Mosch. 18 sq.:

Ἐπεὶ ὁ τίκτων πάντα καὶ τρέφων χρόνος
τὸν θνητὸν ἠλλοίωσεν ἔμπαλιν βίον
εἴτ' οὖν μερίμναν τὴν Προμηθέως[5]) σπάσας
εἴτ' οὖν ἀνάγκην εἴτε τῆι μακρᾶι τριβῆι
αὐτὴν παρασχὼν τὴν φύσιν διδάσκαλον
τόθ' ηὑρέθη μὲν καρπὸς ἡμέρου τροφῆς κτλ.

---

1) Stoici non prorsus reiciunt externa; iis virtute demum haec bona vera fiunt; cf. Muson. 6 p. 26, 15 sq. H.

2) Preller-Robert, Griech. Mythol. I 83.

3) Quibus etiam Orphici adiungendi videntur; cf. Hirzel, Abh. d. kgl. Sächs. Gesell. d. Wissen. XX 78 sq.

4) Schwartz apud PW V 669 sq. certae cuisdam sectae scientiam legi suo iure negavit et inveniri 'ein Produkt der allgemeinen Bildung' monuit.

5) Sic E et P; ceteri libri dant Προμηθέως πᾶσαν. Hoc vocabulum inde ortum est, quod vocis σπάσας littera prima propter vocis Προμηθέως litteram ultimam omissa librarius μέριμναν respiciens versum emendare studuit; Meineke aliud latere ratus coniecit πλάσας, quod ut sensu optimum ita necessarium non est; Nauck scripsit πάρα.

Pseudo-Lucian I.:	Diod. I 8, 7 sq.:
Τὴν δ' ἀπὸ τούτων μίμηϲιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀεὶ μεταγαγόντεϲ κτλ. καὶ λεληθότωϲ αἱ περὶ ταῦτα τέχναι τὸν χρόνον λαβοῦϲαι διδάϲκαλον κτλ.	Ἐκ δὲ τοῦ κατ' ὀλίγον ὑπὸ τῆϲ πείραϲ διδαϲκομένηϲ κτλ. κατὰ μικρὸν καὶ τὰϲ τέχναϲ εὑρεθῆναι κτλ.

Haec igitur bene se habere videntur. Sed finem respicientes 'silvestre genus terrigenarum' beatum dici (1411) invenimus pariter atque a Posidonio (Strab. VII 296)[1]) Mysi praedicantur; cf. etiam II 1150 sq. et VI 1 sq. Itaque Lachmann, quem Munro quadam ex qarte secutus est[2]), postea versus illos additos esse iudicavit, quibus non tam sententia Epicurea quam ipsius poetae opinio contineretur[3]). Neque vero fieri posse, ut tali modo expresserit sententiam suam philosophus ille poeta, omnes concedent; accedit, quod omnino Lucretium non sui temporis quasi speculum inserere, sed philosophiae Epicureae condiciones easdem esse persuasum habeo atque temporum illorum; ne multa —, dico utramque aetatem, et quae pugnam ad Chaeroneam factam secuta est et quae Caesaris necem praecessit, in discidio intestino ita consumptam esse, ut libertatem[4]) homines necessario appeterent. Porro Norden, Jahrb. f. class. Philol. u. Paedag. Suppl. 1892 XIX 411 sq. quaestionem uberius tractans Lucreti locos coniungere atque explicare conatus est non sine fructu; profligasse autem mihi non videtur difficultatem vir doctus: neque enim pro-

[1]) Cf. Schmekel, Philos. d. mittl. Stoa 287 sq. Posidonius autem invicem ratiocinans homines perfectiores exstitisse concedit (cf. p. 17).

[2]) Munro ad l. l. (II 331, 351) etiam Vergil. Aen. VIII 314 sq. affert, quibus versibus hic fortasse Enni vestigia pressit; versus enim 314, 'haec nemora indigenae fauni nymphae tenebant' Ennianium illud (214 p. 38 V[2]) 'versibus quos olim fauni vatesque canebant' in memoriam nemini non revocat. Iam Nordenium (ad Vergil. Aen. VI 637 sq. p. 289) adnotasse postea vidi formulam eam, quae brevi ante (VIII 306/7) occurrit, 'divinis rebus perfectis' esse 'in ennianischer Umgebung'. — Horatius mediocritatem quandam in hoc argumento sequitur; cf. L. Müller ad ep. 2 et 3 p. 300 sq.

[3]) De carmine Lucretiano universo idem nisi fallor statuit Marx, Neue Jahrb. f. d. klass. Altert., s. Abteil. 1899, 547 sq.

[4]) Non solum animi tranquillitatem specto; cf. Epic. sent. 67 p. 197 W.

fligare tum licuit ex iis, quae libris (cf. etiam Diog. Laert. X 75 et Us ad l. p. 380) tradita nobis sunt. Sed accesserunt Diog. Oen. 48 p. 391, Philodemi περὶ Στοικῶν liber (Crönert 66), imprimis eius volumina rhetorica. Inscriptione quidem illa Lycia[1]) id tantum operam dedisse Epicureos edocemur, ut singula homines ipsos per se et rerum necessitate coactos, non deos[2]) invenisse exponerent. Papyro autem Herculanensi eos pugnasse traditur cum Stoicis veteribus (cf. p. 17, 5), ut qui ἐξημερωμένην ἀναστροφήν destitui et similiter atque Cynici priscam illam aetatem restitui vellent. Epicurei enim ut homines progressos esse tempore progresso infitiabantur, ita ἐξημερωμένην vivendi rationem simul κρείττω γενομένην esse, ut Pseudo-Luciani verbis utar, non statuerunt. Itaque quaeritur, quibus de causis noluerint praecipere ea, quae recta esse cognovissent; priusquam autem litem dirimamus, haec praemoneamus. Philodemus enim (Crönert 66, col. XIX 26 sq.) ita pergit: εἰ δ[ὴ] δυνατὸν αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀνθρω[π]ίνης, quae sententia supplenda est εἰς τὴν θηριώδη φύσιν κτλ.; hoc quidem ad ipsum vitae cultum non pertinet sed ad hominum et bestiarum differentiam, qua in re Epicureos cum Stoicis consentire iam supra vidimus, etsi ex his veteres Cynicorum exemplo et ratione adductos esse facile animo comprehendimus; comparemus haec:

Philodem. rhet. II 161 frg. XXIV S.
Ἀπὸ γὰρ ἀνη[μέρου καὶ] θηριώδους ἑρ[πετῶν (suppl. B. Keil) δι]αθέσεως.

Epict. I 3, 7.
Οἱ δὲ (scl. ἀποκλίναντες ὅμοιοι γινόμεθα) λέουσιν, ἄγριοι καὶ θηριώδεις καὶ ἀνήμεροι.

Iam ipsam quaestionem cultus aggrediamur, in qua τὰ καλῶς ἔθη κείμενα et ἐθισμοὶ τοῦ πλήθους distinguenda at-

[1]) Usener, Rhein. Mus. 1892 XLVII 440 rectam viam ingressus est; A. Döring, Gesch. d. griech. Philos. (1903) II 485 nihil dicit nisi descriptionem Lucretianae similem esse; P. Decharme, Critique des tradit. relig. chez les Grecs (1904) 250, ut sibi proposuit, de dis solis agit neque in hanc questionem inquisivit.

[2]) Inde iam satis apparet Callicratidam, cum statuit (32 p. 432) a Cupidine res temperatas esse neque bestiis a Prometheo mentem humanam impositam, in Epicureorum qui haec ἀνάγκηι attribuerent (exempla cf. apud Helm, Lucian u. Menipp, 143 sq.) numero habendum non esse.

que separanda sunt. Neque enim Epicurei erant ii, qui illa irriderent aut everterent (cf. Epic. sent. 51 p. 195 W) ut sophistae[1]) vel sceptici (Polystr. col. XIII b 1 sq. p. 21 sq. W); hos quidem nimirum parvi fecerunt, etsi sublatos nolebant hac de causa (Phil. rhet. II 179 frg. II S) ἡμέρων [ἀ]νθρώπων [ὑ]περι[δ]όντας, ὅcη[ν] ἀνομί[α]ν εἰcάγουcι[ν] τῶν [ἐθ]ιcμῶν κατα[φρονοῦντες, ὥc]τ' οὐδ ὅcιον (cf. etiam II 225, 17 sq.). Quia igitur et ἀδύνατον esse intellegebant ad γηγενεῖc reditum neque ὅcιον ducebant et quaedam recte instituta esse concedebant, τὴν ἐν τοῖc νῦν χρόνοιc ἐξημερωμένην ἀναcτροφήν observandam censuerunt scl. plebi; philosopho sane ista φρονήcει amovenda sunt, ut vera hominis natura renascatur. — Nunc ad Lucreti locos redeat disputatio. Copiosius enim rationem Epicuream explanari considerantes 'ὁδὸν ἄνω κάτω' ideo poetam ingressum cognoscimus, quod cultus humani 'delicias' generi humani non saluti sed depravationi fuisse illustrare voluit. Quibus de causis efficitur, ut Callicratidas noster mores hominum sensim meliores factos esse in universum ponens sententiam Epicuream non proferat.

Quid mirum igitur, si reperiuntur ea, quae ab Epicureis abhorreant (cf. p. 35, 2)! Velut Callicratidas (44 p. 447 sq.) de adulescentium victu agens memorat ἐγκύκλια ἀγαθά, quae parvi aestimata esse ab illis evicit Norden l. 418 sq.[2]); tum βίβλων

---

[1]) Quod cur in medio relinquat Hirzel l. 83, 7, non video.

[2]) Us 227 p. 170; Epic. sent. 45 p. 194 W; Epic. sent. 5 ed. Usener Wien. Stud. 1890 XII 3. Epicureae enim educationis exemplar continetur Carneisci libro eo, qui inscribitur Φιλίcτα β (Crönert 49 sq.). Atqui posteriores in παιδείαν vulgarem acriter invehi desiisse aliquis obiecerit. Itaque Crönert 97 sq. pap. Hercul. 1040, quem iam supra tetigi (p. 12, 4), de recentiore philosopho Epicureo agi coniecit. Quo libro philosophum mortuum ἐκ παιδὸc μουcικήν al. didicisse, postea de numeris, concentu musico al. libros composuisse, ut ἐπιcτήμων vocaretur, ἐραcτήc nescio quis refert. Verum ex ipso Philodemo (rhet. II 51 sq., 54, 5 sq.; locus in peripateticos [50, 22 sq.] dictus videtur neque agitur de τέχνηι, qua de notione constat Epicureos ipsos inter se non consensisse) patet eum, qui artes liberales profitetur, τετριμμένον (II 281 frg. V) non ἐπιcτήμονα appellari. Neque igitur philosophum Epicureum in censum venire certum duco, sed Epicureus videtur pugnare cum philosophi cuiusdam mortui familiari. — Philodemus γραμμάτων non ἐγκυκλίων disciplinam efflagitat.

παλαιῶν ἔργων ἀρετὰς φυλαττουσῶν (Plat. Phaedr. 245 a) mentionem facit, id quod ad illos non quadrare nemo nescit[1]); deinde vocem Προνοίας (36 p. 437) Stoicam esse statim videmus (v. p. 21); postremo immortalitatis argumentum (49 p. 453) vehementissime abhorrere ab Epicureis monere supervacaneum est. Quae omnia se bene nosse obiciet Praechter, cum praeter ἡδονήν solam cultus civilis aucti rationem Epicuream esse statuerit; nos autem exempla ad Epicureismum omnino intellegendum apta protulimus.

Ac ne quis Epicureos vulgares praetermitti contendat, locum Maximi Tyri III 2 (I 30 sq. R) afferam, quo huius quaestionis disceptatio confirmetur atque concludatur. Epicureum enim ille in Stoicos[2]) dicentem inducit et ἡδονήν defendentem. Hanc quidem ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτοδίδακτον παρὰ τῆς φύσεως acceperunt Epicurei, non ea, quae πείραι γνωρισθέντα παρεδέχθη ἢ τέχνηι δοκιμασθέντα ἐτιμήθη et λόγωι ἐξετασθέντα ἐπιστεύθη ἢ χρόνωι βασανισθέντα ἠγαπήθη. ἐπιστήμην μὲν γὰρ κτλ. προιὼν τῶι χρόνωι ὁ ἄνθρωπος κτλ.; proxime igitur ad argumentum nostrum accessimus. Sed pergamus (I 32 R): τὰ δὲ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν[3]) θρυλούμενα εἰς αὐτὴν (scl. ἡδονήν) ἡ Σαρδαναπάλλου τρυφή[4]) οὐχ ἡδονῆς ἔργα, ἀλλὰ τέχνης καὶ λόγου παρανομησάντων τῶν ἀνθρώπων εἰς ἡδονὰς δι' εὐπορίαν τῶν τεχνῶν ὀψὲ τοῦ χρόνου. Neque igitur Callicratidam praebere sententiam Κήπου et Chariclem ursurpare argumenta quaedam Epicurea hoc quoque loco dilu-

[1]) Cf. Wendland, Philos Schrift über die Vorsehung 59; Polystr. col. VIa 7 sq. p. 13 W, col. XXIIIb 9 sq. p. 32 W; imprimis Sext. Empir. adv. mathem. II 102 sq. Fabric. (1841). Solam enim carminum compositionem aliquo momento esse iudicabant (cf. Crönert 106); quod Zeno (Crönert 8) in hac re haud ita severus fuit, nihil ad rem.

[2]) Quod iam diu viri docti perspexerunt; cf. Reiskium ad locos singulos et Us p. 274,$_{23}$. Prorsus concinit dissertatio cum Tletza, quem cum Lucretio et Diodoro bene contulit Norden l. 411 sq.: comment. ad Hesiod. oper. 42 p. 58 Gaisford Poet. Min. Gr. III ταῦτα μὲν τὰ μυθικά· καὶ δὴ σαφέστερον κτλ. cf. cum Max. Tyr. III 8 (I 40 R) μῦθοι ταῦτα, ἡρωικὰ ταῦτα.

[3]) Diog. Oen. 62, 8 p. 408; Usener, Rhein. Mus. 1892 XLVII 445 (tab. 29).

[4]) Diatribes exemplum promit; cf. Praechter 125,$_1$.

cidum fit[1]). Quae ratio ad peripateticorum opinionem quadrat[2]), etsi id spectasse Callicratidam supra iam vidimus, ut Ἔρωτος τῶν θεῶν νεοτάτου naturam atque indolem exprimeret. Rhetorice autem loco ita usus est, ut παίδων ἐρᾶν postea evenisse poneret, ipsum Ἔρωτα ὠγυγίων πατέρα χρόνων vocaret[3]); illud etiam ex Stratonis epigrammate (A. P. XII 245) cognoscitur, quod haud inepte contendit Wilhelm, Rhein. Mus. 1902 XLVII 59:

Πᾶν ἄλογον ζῷον βινεῖ μόνον· οἱ λογικοὶ δὲ
τῶν ἄλλων ζῴων τοῦτ' ἔχομεν τὸ πλέον
πυγίζειν εὑρόντες. ὅσοι δὲ γυναιξὶ κρατοῦνται,
τῶν ἀλόγων ζῴων οὐδὲν ἔχουσι πλέον.

Quod in hoc epigrammate et compositione et re metrica

[1]) Haec enim de amore disputantur (I 40 sq. R): Ἐρᾷς, ὦ Σώκρατες, καί σε οὐ λανθάνει κάλλος Ἀττικόν· ἀλλ' ὁμολόγησον αὐτοῦ τὴν αἰτίαν καὶ μὴ φοβηθῇς ἀδοξίαν. ἔξεστι καὶ μεθ' ἡδονῆς σωφρόνως ἐρᾶν ὡς ἔξεστι καὶ μετὰ λύπης ἀκολάστως ἐρᾶν; apparet, quem ad modum Stoicorum et Platonicorum notiones ἔρωτος in usum suum converterit; εἰ δὲ καὶ χωρὶς ἡδονῆς ἐρᾷς καὶ ψυχῆς μόνως καὶ σώματος οὐκ ἐρᾷς, ἐράσθητι Θεαιτήτου· ἀλλ' οὐκ ἐρᾷς· σιμὸς γὰρ ἦν κτλ. ἀλλὰ τίνων ἐρᾷς; εἴ που τις εὐκόμης, εἴ που τις ὡραῖος κτλ. Ergo eadem invenimus, quae Charicl. (23 p. 423) et postea Theomnestus (53 p. 456) contra puerorum amorem illum sanctum in medio ponunt; ille (24 p. 425) Socraticos φιλονέους non φιλοσόφους esse contendit, Maximi Epicureus IV 2 (I 49 sq. R) φιληδόνους, non φιλοσόφους; cf. etiam ad παρανομησάντων τῶν ἀνθρώπων (I 32 R; Lucian. bis accus. 21) Chariclis παρανομήσαντες (22 p. 422) nec solum Musonium (XII p. 64, 4 sq. H). Ea quoque quae de ἀρετῆς πρὸς ἡδονὴν ἐξετάσει supra explicavi, plane hac disputatione (I 48 sq. R) confirmantur.

[2]) Ἐμοὶ μὲν γὰρ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἔναγχος ἐπῄει (cf. Chariclis 23 p. 423 ἐφ' οἷς μοι πολλάκις καγχάζειν ἐπέρχεται) Χαρικλέους ἄλογα ζῷα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν (exempla dabit Rohde, griech. Rom.[2] 217, 1) ἐπαινοῦντος κτλ. (36 p. 436) Epicurei non esse, ex iis quae modo explicavimus patet. Hic enim potuit ἐπαινεῖν ἄλογα ζῷα et vastam solitudinem Scythicam, quin etiam καρποῦσθαι, non μιμεῖσθαι illorum naturam et μετοικίζειν in hanc regionem. — Ad hoc argumentum aliquis comparabit ea, quae Voltaire, Oeuvres (1846) III 9, disseruit.

[3]) Alter, scl. muliebris Ἔρως dicitur κομιδῇ νήπια φρονῶν, quae denominatio ad aetatem Alexandrinam recedit; cf. Kaibel et Robert, Herm. 1895 XXX 149, 9.

pessimo pro puerorum amore πυγίζειν dicitur, in Stratone mirabile non est.

Itaque ancipitis amoris notionem iam attigimus; haec alio loco (cf. praef.) pertractanda erit.

Iam Callicratidas ad matrimonii illud ἀναγκαῖον κακόν[1]) supra tractatum (p. 29), inde ad γυναικῶν ψόγον pervenit. Cuius si ratiocinandi argumentum accurate tecum reputaveris, eum sibi non constare te non fugiet, id quod antea monuimus. Atque auctores huius loci (39—43 p. 440—46) esse diatribes sectatores non sine causa dixerit quispiam; neque minus Epicurei in censum veniunt (Plut. Gryll. 7, 990 a sq.), etsi περὶ γάμου Cynicos non secuntur neque μισογύναι erant, quorum Callicratidas noster[3]); praecipue autem argumentum satiricum putandum est, quod usque quaque reperitur. Cf. e. g. Publ. Syr. 1 p. 369 sq. Ribbeck CRF.[3]; Petron. sat. 110, 6 sq. p. 77 Büch[4]; tum Plut. amor. prol. 493 sq., Muson 18 p. 94 sq. H; ex Philone collegit locos Wendland, Philo u. die kynisch-stoische Diatribe 18 sq., Jahrb. f. class. Philol. suppl. 1896 XXII 732 sq.; porro v. Clem. Alex. paedag. II; denique florilegia passim[4]). Neque igitur alium ab alio pendere credibile videtur[5]).

---

[1]) Pseudocellus de univ. nat. IV 4 (FPG I 403 Mul.) idem ἀναγκαῖον καλόν vocat.

[2]) Wilhelm l. 60, 1 conferens Iuven. VI 457 sq. item vidit, ut virum doctum propter hoc ipsum non obstare Praechtero mirer.

[3]) Cf. Zeller, Phil. d. Gr. III 1[3] 459; imprimis Lucret. IV 1191 sq.; Philodemi locum (corruptum; Crönert 65. 819) cum Ovid. de art. amat. III 11 sq. comparare licet.

[4]) Singula quaedam tractavit Wilhelm l. l., ad huius encomii prooemium (38 p. 440) γυναικὸς ὡραιζομένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν, ἧς ὁ μὲν ἀληθῶς χαρακτὴρ ἄμορφος, ἀλλότριος δὲ κόσμοι dabit ἀνάλογον Propert. I 2, 1 sq.; omnino elegici Romani respiciendi sunt; de feminarum loquacitate, quem locum noster non excussit, vide Liban. IV 134 sq. Reiske. Quae omnia complexus est Friedländer, Darstellungen aus der Sittengesch. Roms[6] I 403 sq.

[5]) Bock, Leipz. Stud. 1899 XIX 44 sq. saturae sextae Iuvenalis cum Theophrasto libro de nuptiis esse 'similitudines et plures et graviores quam quae casu efficerentur' frustra meo quidem iudicio contra Friedländerum (Iuven. p. 281) disceptavit. Primum enim dubium mihi videtur, num Seneca Theophrasti librum in sermonem latinum converterit. Nam etsi antiquos liberius referre vel convertere solere

Cui vitae rationi respondet pueri et adulescentis ἐρωμένου victus (44—47 p. 446—51), in quo describendo haud dubie Stoicorum scientiam paedagogicam imitandam proposuit; dico imprimis Plutarchi de liberis educandis librum et Musonianum περὶ ἀσκήσεως (6 p. 22 sq. H.). Verum iam Zeno (Arnim I 245 sq. p. 58 sq.; Pearson ad Zen. frg. 174 p. 207 sq.; alia apud Wendland, Philo l. 34, 2) de quaestione egit, quae ne apud comicos[1]) quidem desideratur. Itaque ad tempora et Aristophanis et Catonis censorii reducimur, quorum uterque πάτριον πολιτείαν et ζωιήν flagitabat; invitus igitur Callicratidas existit 'laudator temporis acti', cum ad veram puerorum vitam propius sane accesserit Charicles. Ille vero haud secus atque coniuges (cf. e. g. Liban. IV 1060, 32 sq.) amatorem cum amasio

sententias aliorum haud ignoro, tamen reperiuntur ea, quibus 'certi denique fines' opinor transeantur. Ita nobis (frg. 57 p. 430 Haase) 'nunquam solus erit (scl. sapiens) quam cum solus fuerit' perlegentibus facile in mentem venit illud Scipionis apud Cicer. de republ. I 17, 27, de offic. III 1, 1; hoc iam adnotavit Lasaulx, Abhandl. d. kgl. bay. Akadem. philos.-philol. Cl. 1853 VII 122, 342. Deinde 'vocanda domina' (frg. 51 p. 429 H) non ad res Graecas universas pertinet aut quadrat, sed aut ad solas Lacedaemonias, quae vix in censum veniunt, aut ad Romanas. Quibus de causis Senecae locum postea nescio quis litteris Graecis minus eruditus ad Romanorum usum immutavit vel potius is omnino Theophrastea latine expressit. Accedit, quod una notio 'rarae avis' (Senec. frg. 56 p. 430 H; Iuven. VI 165) communis est; hanc vero proverbialem esse nemo nescit. Porro Hieronymus, qui Theophrasti libelli partem nobis tradidit, saepius hanc usurpat locutionem (A. Otto, Sprichwörter u. sprichw. Redensarten d. Römer, 1890, 233 p. 51 sq.), ut forsitan ipsi debeatur. Denique ipsum Theophrastum λευκὸν κόρακα dixisse non solum propter vocabuli genus improbabile est. Ut enim Aristoteles, qui cygno λευκόν, corvo μέλαν attribuere solet, albi corvi (hist. anim. III 12, 519a 5/6) mentionem facit, ita discipulus si non verbis tamen re μὴ εἰωθός τι esse enarrat (sign. temp. III 39 p. 395 Wim.). Nihilosecius postea demum in proverbii usum locutio videtur transisse. Primum apud Ergiam, si aevo Alexandrino non Romano floruit, legitur (FHG IV 405; hoc nomen dat Athenaei codex neque est cur emendemus; cf. Bechtel-Fick, Griech. Personennamen, 128). Cygnus niger, quem memorat Iuvenalis, omnino proverbii loco non fuit apud Graecos.

[1]) Cf. e. g. Plaut. Bacch. 422 sq.; similis est Chironis via educandi (Stat. Achill. I 112 sq., Philostr. imag. II 2).

ὡς ἐφ' ἑνὸς σκάφους τοῦ βίου συμπλέοντας [1]) fingit exemplo illo sollemni Orestis et Pyladis adhibito.

Denique argumentationis summam proponit Callicratidas. Qua in re primum Orestis τόπον fatigat (cf. 48 p. 451 cum Cic. Lael. VII 24), tum se Socraticum esse profitetur [2]), postremo bene se nosse poetas ostendens στίχους περιβοήτους affert. Quorum unus Solonis est (21 p. 41 Hiller-Crusius; cf. Plut. amat. 5, 751 c, e) alter dimidiusque Callimachi (frg. 11 Schn.); hanc vocat σοφῶν ἀπόφασιν. Paulo autem post Καλλιμάχειον laudat [3]), ut nescire auctorem priores versus poetae Cyrenaici esse certum sit; immo versus ex florilegio, quale Theognideum est, excerpsit. Alterum porro argumentum fortasse conferendum est. Callicratidae verbis illis quidem (47 p. 450) οὐκ ἐραστοῦ μόνον ἀλλὰ καὶ πατρὸς ἐνδεικνύμενος ἦθος continetur locus communis, qui, quod videam, inde ab Eurip. Herc. 1401 [4]) excutitur; sed potuit respicere noster etiam versus Callimachi eos, qui post unum dimidiumque illum leguntur:

ἐὸν δέ μιν οἷα γονῆα
χειρὸς ἀπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

Talem igitur adulescentem qui amaverit, ei evadet ἥδιστος μὲν ὁ τοῦ ζῆν χρόνος: hoc Epicureum est (Metrod. frg. 49

[1]) Qua in imagine primum de Alcaei atque Horati figura (plura apud Otto l. l. v. linter p. 195, nav. 1) p. 239), tum de Heracliti, quem secuti sunt Stoici, notione ποταμοῦ (cf. Gataker ad Marc. Aurel. IV 43 p. 165) commonefimus; cf. etiam AP XII 159, Senec. de provid. V 9 (Praechter 87 sq. dabit alia).

[2]) Ὠφελοῦν τὸ παιδεραστεῖν Socratem statuisse dicit, id quod ipsum per se haud dubie rectum est; suam autem disputandi rationem, qua homines ponit maiora assequi debere, non observat.

[3]) Schneider, Callim. II 60, Immisch, comment. philol. O. Ribbeckio dedicatae, (1888) 93. W. Rein, Sprichwörter u. sprichwörtl. Redensart. bei Lucian, (1894) 100 in libris iis, quos Lucianeos esse consentiunt viri docti, non inveniri versus Callimacheos vidit; nihil vero proficimus, cum facile Luciano illius carmina in manus incidere possent.

[4]) Theocriti Hylas (p. 21, 3) nominandus est hoc loco; tum Iuncus apud Stob. fl. 117, 9 (IV 72, 23 sq. M): καὶ προσιόντα καθάπερ υἱὸν ἀσπάσεται καὶ παιδεύσει κατὰ τὸν τοῦ Σωκράτους νόμον; quae cum dicit, Romana eum prae se ferre minime cum Hirzelio (Dialog II 253, 4) concludendum est, quoniam is ipse erat Σωκράτους νόμος.

Koerte). Οὐδεμιᾶϲ ἀπρεποῦϲ ϲυνειδήϲεωϲ[1]) παροικούϲηϲ, ἀοίδιμοι δὲ μετὰ θάνατον ἐϲ πάνταϲ ἐκφοιτῶϲι κληδόνεϲ (49 p. 453). Quae sententia non Epicurea (cf. Metrod. l. l., Diog. Oen. 73—75 p. 420) sed Stoica est; Senec. epist. 12, 8: 'hoc, quod ille ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus' eqs. Secundum philosophos autem

amor. I.	Clement. p. 66, 8 sq. Lagarde.
αἰθὴρ μετὰ γῆν ἐκδέχεται τοὺϲ ταῦτα ζηλοῦντεϲ.	τὸν τῶν κρειττόνων ζηλοῦϲαν βίον αἰθὴρ μετὰ γῆν (γῆϲ cod.) ἐκδέχεται.
et ἐϲ ἀμείνονα βίον ἀποθανόντεϲ.	monum. Canop. 18/19 p. 56 Dittenb. Or. Gr. inscr. 56 I. (locus tritissimus est.)
amor. l.	
ἔχουϲι τῆϲ ἀρετῆϲ γέραϲ τὸ ἄφθαρτον.	τῆϲ αὐτῶν ἀρετῆϲ μέγιϲτον ὑπόμνημα καταλείποντεϲ.

Cf. orationum funebrium προϲφωνήϲειϲ (X. Hürth, de Gregor. Nazianz. oration. funebr., 1906, 40 sq.).

Haec quidem hactenus; Praechteri autem θέϲιν huius capitis initio significatam esse refutatam spero.

---

[1]) Qua in voce, non in sententia, me dubium haerere fateor; fortasse Stoica est (Bonhöffer I 83), etsi apud Philodemum quoque (rhet. II 140, 5/6 S) legitur.

Caput III.

DE DIALOGI PROOEMIO.

(C. 11—17.)

Prooemii parte maiore (11—17 p. 408—18) res Cnidiae tractantur; his in describendis quos secutus sit auctores noster videamus. Priusquam autem id aggrediamur, argumenti vis atque signifactio breviter disserenda est.

Auctor, cum ad adulescentem τῆς θεοῦ ἐραςθέντα (15—17 p. 414—17) sermonem delabentem facit, ipsi συγκρίςει ἐρώτων prooemium dat non modo compositione sed etiam re. Nam etsi ἀλλόκοτοι tales ἔρωτες permulti [1]) memoriae nostrae proditi sunt, tamen in nostrum locum Iuliani sophistae illa (p. 26, 2) cadunt; dico statuae amorem conferendum esse e. g. cum βαςιλίννης et Dionysi signi ςυμμείξει [2]), nempe cum ἱερῶι γάμωι. Neque mirum antiquitate exeunte homines ut alios mores atque instituta ita amorem puerorum religione excusare probare fulcire studuisse [3]). Hac igitur de causa fabula praemittitur.

Iam auctorum quaestio aggredienda est. De hac quidem actum videtur, cum hunc Luciani 'imaginum' (4 p. 462) locum iam dudum viri docti contulerint: Ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον ἤκουςας, ὃν λέγουςι οἱ ἐπιχώριοι (scl. Κνίδιοι) περὶ αὐτῆς (scl. Ἀφροδ. Κνιδ.), ὡς ἐραςθείη τις τοῦ ἀγάλματος καὶ λαθὼν ὑπολειφθεὶς ἐν ἱερῶι ςυγγένοιτο ὡς δυνατὸν ἀγάλματι. τοῦτο μέντοι ἄλλως ἱςτο-

---

1) Cf. Pott ad Clem. Alex. protrep. 57 (IV 36 Dindorf).

2) Aristot., rp. Ath. III 5; cf. Dieterich, Mithrasliturgie, 127. De argumento universo egit Reitzenstein, Hellenist. Wundererzähl., 139 sq.

3) K. Lange, Wesen der Kunst (1901) II 148 sq. illud λίθωι προςομιλεῖν natum esse exposuit ex animis *'religiosis'*, non *'aestheticis'*; recte quidem, praeterquam quod vir doctus religionem et artem inter se non seiungere sed coniungere debuit apud Graecos; accedit certe libido quaedam, a qua sensus purior atque elatior alienissimus sit.

ρείcθω[1]). cὺ δὲ — ταύτην γὰρ ὡc φῂc εἶδεc — ἴθι μοι καὶ ἀπόκριναι κτλ.; neque vero quidquam ea re proficimus. Atque eadem, ut alios omittam[2]), Ptolemaeo Chenno auctore Tzetz. Chil. VIII 375 sq. p. 296 sq. K. refert, praeterquam quod certa nomina[3]) traduntur, quae neque propter ipsius Luciani verba

[1]) B praebet ἱcτορήcθω quod recepit Sommerbrodt; etsi exemplum simile non repperi (Kühner-Gerth, Griech. Gram. II p. 192), tamen in nostro auctore formam non prorsus intolerabilem dixerim; mordicus autem tenere noluerim pronuntiationis ratione habita. — Quod idem vir doctus, cui assentiri videtur Lauer 37, 5, adnotat haec: "Ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον ἤκουcαc . . . ὡc φήc, εἶδεc". Non dubito quin haec male inserta sint, quia perquam importunum est, talia enarrare ad promovendam rem minime idonea quo tempore Polystratus nil magis cupit quam de pulchritudine qualis sit mulieris audire. Itaque aut omnia aut certa τοῦτο μέντοι ἄλλωc ἱcτορήθω . . . εἶδεc omittenda videntur, ita ut statim pergat ἴθι μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ . . ." mihi non probantur. Neque enim quidquam spectat Lycinus. nisi ut quae dialogi initio leguntur αὐτὸ γὰρ τὸ τοῦ μύθου ἐκεῖνο μικροῦ δέω λίθοc ἐξ ἀνθρώπου coι γεγονέναι πεπηγὼc ὑπὸ τοῦ θαύματοc exemplo illo quasi inverteret. Tum rhetoricum esse illud τοῦτο bene monuit Schmid. Philol. N. F. 1901 IV 303; pariter e. g. Sostrati Thebani vita nobis non tradita a βίου Δημώνακτοc auctore (1) memoratur; praeterea ipse Lucianus similia dat (Helm. Lucian u. Menipp, 354, 2; pro imag. 29). — In dialogo eo, quem 'pro imaginibus' inscripsit, haec legimus (28): ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριcτον τῶν φιλοcόφων ἠμύναντο εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι. Hoc vero nusquam Plato dixit, etsi in Timaeo (90a, 92c) reperiuntur ea, quae satis congruant; conicere autem si quid mihi licet, Numenium vel alium eiusdem generis philosophum sciens aut inscius secutus est; ille enim facile cum locis Platonicis iis quos laudavi Genes. I 26 sq. contulit.

[2]) Overbeck, Antike Schriftquellen, 1227 sq. p. 236 sq.

[3]) Macareus Perinthius ἐμμανῶc ἠράcθη τῆc Ἀφροδίτηc; a qua dea, ut ipsius loco sit, ei donatur Ischas, meretrix Cnidia. Quomodo Ptolemaeus vel eius auctor haec compilaverit, perspici fortasse potest. Macarei enim nomen rarius invenitur, sed persona mythologica est. Nam fabula quadam (Schirmer apud Roscher, lex. mythol. II 2288 v. Makar, 2289, 64 sq. v. Makareus) Macareus Canaces sororis amore incesto flagrasse fertur; tum illius filiae nomen erat Issa vel Issas (Parthen. apud Steph. Byz. 339, 17 M.; cf. Schirmer l. II 552 (1). Quae ita in usum suum convertit ille, ut Issae vel Issadis loco poneret Ischadis nomen, nobis id quidem ἅπαξ εἰρημένον (Athen. XIII 587 e), sed in meretricibus ni fallor (Bechtel, Att. Frauennamen 100 sq.) sollemne; accessit autem Macareus ille. Quid vero spectaverit Perintho

usurpare auctori nostro licebat neque ante Ptolemaeum vel eius auctorem tradebantur. Ipso autem Ptolemaeo, καινῆς ἱστορίας auctore, nostrum usum esse hisce ex verbis (15 p. 414) videtur patere: Ἡ δὲ παρεστῶσα ..... ζάκορος ἀπίστου λόγου καινὴν παρέδωκεν ἱστορίαν. Iam ut quae antea de fabula constabant audiamus, Clementem Alexandrinum (protrept. 57 I 63, 25 sq. Dind.) referentem inducamus: Οὕτως ὁ Κύπριος ὁ Πυγμαλίων ἐκεῖνος ἐλεφαντίνου ἠράσθη ἀγάλματος — τὸ ἄγαλμα Ἀφροδίτης ἦν καὶ γυμνὴ ἦν —, νικᾶται ὁ Κύπριος τῶι σχήματι καὶ συνέρχεται τῶι ἀγάλματι, καὶ τοῦτο Φιλοστέφανος ἱστορεῖ. Ἀφροδίτη δ' ἄλλη ἐν Κνίδωι λίθος ἦν καὶ καλὴ ἦν, ἕτερος ἠράσθη ταύτης καὶ μίγνυται τῆι λίθωι· Ποσείδιππος ἱστορεῖ ὁ μὲν πρότερος ἐν τῶι περὶ Κύπρου, ὁ δ' ἕτερος ἐν τῶι περὶ Κνίδου. Atque constat Philostephanum Cyrenaeum περὶ νήσων scripsisse librum, cuius pars libellus ille περὶ Κύπρου videtur fuisse (Susemihl I 476, 80). Contra quaeritur, quis fuerit ille Posidippus. Quem eundem esse atque poetam epigrammaticum post Vossium statuit Müller (FHG IV 482). Hoc quidem non probatur Susemihlio (II 400 adn., 530, 59) adnotanti schol. Apoll. Rhod. I 1289, quo Posidippus ἐπιγραμματογράφος dicitur; neque vero propter hoc cognomen, quo ab eiusdem nominis comico poeta distinguatur, sola epigrammata ab eo composita esse quisquam posuerit. Denique P. Schott, Posidippi epigrammata collecta et illustr., (1905) 110 sq. quaestionem in medio relinquit. Haec meo iudicio inde solvitur, quod idem Αἰθιοπίαν conscripsit[1]); Athen. XIII 596 c haec

---

nominata, nescio; suspicari vero possis eum Thracio oppido electo animi ferocitatem significare voluisse.

[1]) Athen. XIII 596 cd, 491 c Αἰθιοπίαν et Ἀσωπίαν memorat. Meinekii coniecturam Ἀσωπίς accepit Kaibel in Athenaei indice (v. Ποσ. II 656) etiam Αἰθιοπίς proferens hisce verbis additis: 'unum carmen fuisse sive Αἰθιοπίδα sive Ἀσωπίδα vix mihi dubium'. Susemihl II 532, 68 litem non dirimit. Christ, Gesch. d. griech. Lit.[4] 532 Ἀσωπίαν scripsit. Schott l. 99 sq. Αἰσωπείαν proposuit, quam lectionem, priusquam viri docti disputatio mihi innotuit, mecum reputavi; neque vero eam ferri posse paulo post mihi persuasi. Quis enim carmen de Aesopo poeta inscripserit Αἰσωπείαν? Nonne quasi illuditur Ὀδυσσείας titulus vel alius carminis, quo ἥρωος vita describitur? Atque adeo ipsi comici fabulis nomina Αἴσωπον, Ἀρχίλοχον, Ἡσίοδον, Ὅμηρον

refert: εἰς δὲ τὴν Δωρίχαν τόδ' ἐποίησε τοὐπίγραμμα Ποσείδιππος, καὶ δὴ (καίτοι cod; del. v. Wilamowitz; καὶ δή coni. B. Keil) καὶ ἐν τῆι Αἰθιοπίαι πολλάκις αὐτῆς μνημονεύσας. Quo epigrammate (6 p. 35 sq. Schott) Doricha vel Rhodopis[1]) illa, quae cum Aesopo Iadmonis Samii serva erat et quam Charaxus Sapphus frater liberavit, celebratur. Eandem Sappho versibus irrisisse videtur (PLG[4] III 138 p. 133 sq. B; adn. 1), quod Charaxum amatum, qui Lesbii vini vendendi gratia Naucratim se contulit, deseruisset. Bene igitur res se habet; liber enim traditur Αἰθιοπία, quo res atque homines illustres depingebantur. Nam vel Plinius (nat. hist. V 139; cf. Bürchner apud PW supplem. 41, 37 sq.) respiciendus est, qui Lesbum cum Aethiope aequat, vel Aethiopiae, quae Lagidarum aetate haud raro descripta est, (Pietschmann apud PW I 1100) notio latius nobis intellegenda est conferentibus Artemidorum (Diod. III 2, 1); is quidem Aethiopes Aegypti αὐτόχθονας vocat. Denique fieri potest, ut, quod recentiores, qui Aesopum ex Aethiope ducere conati sunt, idem iam veteres coniecerint; quod si est, Aesopi, quem duceret Aethiopem, gentem a Posidippo longius tractatam esse

---

indiderunt, non Αἰσωπείαν, Ἀρχιλοχείαν al., etiamsi talis denominatio optime explicaretur in comoedia. Aut igitur Αἴσωπος aut περὶ Αἰσώπου (vel Αἰσώπεια) carmen erat inscribendum. Carmen dico Schottium secutus; neque vero arbitror 'dirimi nequire' locum eum, quo Αἰθιοπία commemoratur, ab eo, quo Ἀσωπία carmen fuisse dicitur. Fieri potest, ut Ἀσωπία ex Αἰθιοπία corruptum sit; neque Boeotiae nomen poeticum (Eurip. Suppl. 571) intellegendum esse infitiari auserim.

[1]) Qui factum sit, ut haec meretrix cum tertia pyramide Gizehiana conferretur, explanaverunt Piehl, Proc. soc. bibl. arch. 1888/9 XI 221 sq. et fusius Hall, Journ. Hell. Stud. 1904 XXIV 208 sq.; de nominibus ita rem se habere putat Stein, ad Herod. II[5] 135: Herodotus in Sapphus carminibus Rhodopidis nomen invenit, quod Dorichae, meretricis Thraciae, epitheton ornans erat. Etsi autem Ῥόδιον Θρᾶιττα (IG II 3, 3032; cf. Bechtel, Att. Frauenn. 103) nobis traditur, tamen neque Herodotum male intellexisse Sapphica existimo neque Dorichae nomen omnino defuisse credibile duco. Porro cum Rhodope mons Thracius sit (Forbiger, Handbuch d. alten Geogr. III 1052; Lucianus, saltat. 2, Ῥοδόπας pro Ῥοδώπιδας usurpat), nomina a notionibus geographicis derivari solere (Bechtel l. 57 sq.) considerandum est. Quibus de causis quaestio adhuc nondum soluta est, id quod monuisse mihi sat est.

non mirandum. Utut est, 'Aethiopiae' descriptio Athenaei illo loco tangitur. Iam ad librum περὶ Κνίδου tendimus. Exstat enim Posidippi epigramma (1 p. 8 sq. Sch.) quo Sostratus[1]) Cnidius laudibus effertur. Atqui in 'amoribus' (11 p. 408) huius στοάς Cnidi fuisse legimus. Itaque cum Aethiopiae exemplo uti nobis liceat, epigramma cum Cnidi descriptione cohaerere concludemus. Postquam enim turri erecta Sostrati versibus celebrandi occasio oblata est (Schott p. 12), simul eius patria adductus uberius egit περὶ Κνίδου; hanc ad rem Veneris simulacrum non parvo erat momento[2]). Prooemii igitur nostri partem eam quae ad Cnidum pertinet ad Posidippi περὶ Κνίδου librum recedere veri simillimum videtur; auctorem enim aetate maiorem, qui ἀλλόκοτον illum ἔρωτα tractaverit, nos quidem non tenemus.

Priusquam disputatio progrediatur, in Posidippo paululum moremur. Müllerum enim hac in quaestione recte iudicasse vidimus; quod poetice fuisse conscriptum librum coniecit vir doctus, in eo opinor fallitur. Nam una cum Posidippo Clemens l. l. Philostephanum memorat. Quem ipsum περὶ Κύπρου carmen composuisse quondam coniecit Stiehle, Philol. 1849 IV 387 nisus Ttetz. Chil. VII 670 sq. p. 266 K, cuius versibus de Siciliae lacu quodam agitur. Primum vero, quoniam a verbis Γαίῃ δ' ἐν Σικελῶν Τρινάκριδι novum quiddam incipere apparet,

[1]) De quo dabunt locos Dittenberger, Or. Gr. inscr. 66 sq. (I 118 sq.) et Schott l. l. Eum Phari σκοποῦ architectum non fuisse exponere studuit Schott idemque sensit v. Wilamowitz, Textgesch. d. griech. Bukol. 183, 2; non plane mihi hoc persuasum esse fateor. Nihil enim impedit, ne ponamus Sostratum non solum virum nobilissimum atque divitissimum sed etiam architectum sollertissimum fuisse, ut propterea, quod turris lineamenta confecerat eamque sua re familiari exstruendam curaverat, nomen inscribere ei liceret (Plin. nat. hist. XXXVI 42; Puchstein apud PW II 549, 47 sq.); hoc quidem aevo Hellenistico minime improbabile est. Atque Strabo (XVII 791; ex Posidonio (797) ut videtur) rem novisse poterat; posteriores autem, quod architectorum nomina inscribi solebant, Sostratum architectum tantum fuisse statuerunt; accessit de rege narratiuncula.

[2]) Quod epigrammata sub Posidippi nomine tradita ea, quae ad artes spectant, eius non sunt (Schott 22 sq. p. 83 sq.), nihil facit ad quaestionem nostram.

ex carmine περὶ Σικελίας vel Σικελίας versus sumpti non sunt; dein Müller FHG III 28 sq. fragmenta uberiora collegit, quibus (cf. imprimis frg. 16/17 p. 31) librum περὶ νήσων oratione soluta conscriptum fuisse efficitur. Illos autem de lacu Siculo versus excerptos esse sequitur ex libro περὶ ποταμῶν παραδόξων vel ex libro nobis incognito περὶ λιμνῶν (κρηνῶν) παραδόξων[1]). Quam Mülleri sententiam contra Stiehleum, cui assensus est O. Schneider, Callimachea II 323 sq., iure secutus est Susemihl I 476, 81. Ergo cum Philostephani librum oratione scriptum esse certum sit, nihil est cur Posidippi librum carmen fuisse statuamus.

Atque Posidippum multi secuti sunt de Cnido scribentes (FHG. IV 687); ex his Aristides (l. 23 sq. p. 324) memorandus est Μιλησιακῶν auctor. Ei vero librum περὶ Κνίδου attribuere viri docti[2]) iniuria dubitaverunt. Neque enim solum nostri dialogi initio Aristidis Milesiaca memorantur, etsi hunc esse locum communem quispiam dixerit conferens (v. Rohde, griech. Rom.[2] 585 sq.):

amor. 1 p. 397.	Apul. met. I 1.
Ἐρωτικῆς παιδιᾶς, ἑταῖρέ μοι Θεόμνηστε, ἐξ ἑωθινοῦ (Plat. Phaedr. 227 a) πεπλήρωκας ἡμῶν τὰ κεκμηκότα πρὸς τὰς συνεχεῖς σπουδὰς ὦτα[3]) . . . ὥστε ὀλίγου δεῖν Ἀριστείδης σ' ἐνόμιζον εἶναι τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις ὑπερκηλούμενος.	At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram auresque tuas benivolas lepido susurro permulceam.

Sed ipsum prooemium universum 'sermone isto Milesio' conscriptum est. Quam ob rem non modo non est, cur hunc Aristidem de Cnido egisse infitiemur, verum id per se dilu-

[1]) Pariter Posidippi περὶ δρακόντων Λιβυκῶν versus a Tetza, Chil. VII 661 sq. p. 265 sq. K (7 p. 40 sq. Sch.) nobis proditi ex carmine περὶ θαυμασίων vel παραδόξων λίθων vel similis inscriptionis sumpti sunt.

[2]) Susemihl II 574, 1; Schmid apud PW II 886, 39 sq. Iam prius viri docti de quaestione disseruerunt; cf. L. Preller, Polem. perieg. fragm. p. 58 sq; Ἰταλικά al. ficta esse a Pseudo-Plutarcho monuit Knaack apud PW suppl. 132, 23 sq.

[3]) Vocis ὤτων 'adiunctio' haud ita facilis est; sed hoc respiciendum est: ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός (Herod. VII 39), ut οὖς idem fere valeat atque animus.

cidum videtur. Nam in rebus Cnidiis describendis ei idem quod in Milesiacis propositum fuisse quis est quin intellegat? Fundamenta geographica mythica historica illa quidem propter argumentum magis definitum conservari opus erat (cf. eius generis fragmenta FHG. IV 22 sq. p. 324 sq.), tamen his omnibus usus est, ut suam rem, dico narrationem illam amatoriam, proferret. Quem ad finem Cnidiorum oppidum Veneris simulacro aptam atque idoneum fuisse omnes concedunt. Itaque hanc statuerim coniecturam. Dialogi nostri auctor a Ptolemaeo Chenno, qui ut solet auctores enumerans Aristidem quoque laudavit, adductus est, ut huius mentionem faceret; hoc vero ita instituit, ut eius modi libellorum indolem atque compositionem observaret.

Summa igitur huius capitis haec est:

Pseudo-Lucianum de rebus Cnidiis agentem Ptolemaeo Chenno usum esse vidimus; tum, quae hic affert, ea recedere ad Posidippum ἐπιγραμματογράφον admodum probabile esse collegimus; denique inter Posidippum et Ptolemaeum inserendum esse Aristidem Μιλησιακῶν auctorem coniecimus.

Iam nunc ἐρώτων aetatis terminus post quem ut dicunt afferi post, nempe Ptolemaei Chenni tempora; 'terminus post quem non' habenda est adhuc aetas libri Γ vel potius eius adnotationum (H. Rabe, schol. Luciani, III), ut ad saeculum VIII regredi liceat[1]).

[1]) Ante annum p. Chr. n. quadringentesimum fere ortum esse dialogum prius inde concludendum putavi, quod tum Praxitelis signum in Lauseum Constantinopolitanum delatum est, ubi anno 476 igne periit; cf. F. W. Unger, Quellen d. byzant. Kunstgesch. (1) 1878, ind. v. Laus., J. P. Richter, Quellen d. byz. Kunst. (1897) ind. s. v. Sedecum et auctoribus usus sit noster et consulto subditum esse libellum Luciano probaturi simus, hoc argumentum afferre non licet; hoc me monuit Keil. — Revera autem dialogum ante annum quadringentesimum conscriptum esse cum me explicaturum sperem, fieri potest, ut Pseudo-Lucianus ipsam Cnidum obierit; quod licet alios secutus sit, non est neglegendum, cum e. g. vultus deae descriptionem, qua adhibita viri docti, ut Michaelis, Journ. Hell. Stud. 1887 VIII 324 sq., Praxitelis signum recognoscere studuerunt, sua sponte atque rhetorice (v. Achill. Tat. I 5) exornare atque illustrare posset.

VITA.

Natus sum Robertus Bloch Argentorati a. d. VI. Id. Quinct. anni MDCCCLXXXIV patre Bernardo matre Clementia e gente Wolff; fidei addictus sum iudaicae. Litterarum primordiis imbutus in schola ea, quae dicitur Oberrealschule, decimum aetatis annum agens in numerum discipulorum Lycei receptus sum. Anno h. s. II maturus renuntiatus in academiam patriam me contuli apud philosophorum ordinem nomen professurus.

Docuerunt me viri clarissimi: Baeumker, Gerland, Keil, Michaelis, Neumann, Plasberg (nunc Rostochiensis), Preuner (nunc Berolinensis), Rehm, Reitzenstein, Rudolph, Thraemer, Ziegler. In proseminario philologico ter sex menses me instruxerunt Keil, Plasberg, Reitzenstein; seminarii philologici, quod moderantur Reitzenstein et Keil, sodalis fui quater sex menses. Praeterea me admiserunt exercitationibus epigraphicis et historicis Keil, Neumann, Preuner, numismaticis Thraemer, philosophicis Baeumker et Ziegler.

Atque praeceptoribus omnibus gratiam habere non desinam; maxime autem me sibi devinxerunt Keil et Reitzenstein, qui ab initio studiis meis faventes de me sunt egregie meriti.